
MCXI
Cronol
ogia.

BREVIS CHRONOLOGIA,

SEU

RATIONARIUM TEMPORUM

ECCLESIASTICÆ AC CIVILIS HISTORIÆ.

A MUNDO CONDITO

AD ANNUM CHRISTI MDCCXXXVII.

Authore R. P. D.

AUGUSTINO CALMET,

è Congregatione SS. Vitoni & Hydulphi, Abbate Senoniensi.



VENETIIS, MDCCXXXVII.

Ex Thipographia Hertiana.

SUPERIORUM PERMISSU, ac PRIVILEGIO.

PRÆFATIO.

TANTÆ sunt in Chronologia tum veteri tum nova difficultates, tam multæ inter Chronologos opinionum varietates, tot denique in anni principio, duratione, fine assignandis, diversorum populorum consuetudinis, ut operæ pretium mihi facturus esse videar, si plurium virorum doctorum exemplo, breves quasdam & accuratas Chronologiæ Tabulas exhibuero, in quibus ambages omnes, & contrariæ Computistarum opiniones sic concilliari possint, ut si non semper ad certum, saltem quam proxime ad verum, chronologicæ epochæ reducantur.

Has primò quidem juxta ordinem chronologicum, deinde juxta alphabeticum digessimus, ut expeditius faciliusque Lector facta quæque ordinare, & ad ordinem chronologicum reducere possit.

Hebræorum anni antiquissimi solares, & dierum 365; menses dierum 30., ut ex Mose evidentissimè patet. Ante exitum ex Ægypto, annum ab æquinoctio autumnali incipiebant. Post exitum è servitute Ægyptiaca, annum civilem, ut prius, autumnali æquinoctio; annum vero sacrum, seu ad templi solemnitates accommodatum, æquinoctio verno auspicabantur; quem ritum hodieque observant. *Anni & Menses Hebræorum.*

Post Græcorum in Oriente Imperium, Judæi Seleucidarum Æram usurparunt, mensesque lunares. Est autem Æra Seleucidarum, quæ à regio Seleuci Nicatoris Syriæ Regis initium sumpsit. Hanc Syri, Antiocheni, Græci, Arabes, Judæi, Chaldæique vulgò secuti sunt: cum hac tamen differentia, quòd Græci & *Æra Seleucidarũ.*

Arabes hanc a menſe Septembri anni mundi 3692, ante Chriſtianam vulgarem æram 312, anno primo Olympiadis 117, qui eſt primus regni Seleuci, auſpicantur; alii vero, ut Chaldæi, Judæi, Joſephus, primus Liber Macchabæorum, hoc initium ab æquinoctio verno anni mundi 3693, deſumant.

Anni Judæorum recentû. Judæi hodierni annos computant ab origine Mundi, ex eorumqne opinione JESUS-CHRISTUS natus eſt anno mundi 3760, unde non difficile quiſque æram Chriſtianam æræ Judaicæ comparabit, addendo annos Chriſti vulgares huic ſummæ annorum 3760.

Anni Romanorû. Anni initium Populus Romanus olim à menſe Martio ſumebat, decem menſium ſpatio, ſeu diebus 304, annum metiens. Numa Pompilius Januarium & Februarium adjecit, annumque dierum 355 eſſe voluit. Julius Cæſar, anno ante Chriſtum natum 42, vel 43, Calendarium Romanum correxit; cùmque jam menſe Februario dies 23 fuiſſent intercalati, ipſe præterea inter Novembrem & Decembrem duos alios menſes intercalares dierum 67 interpoſuit; ita ut annus mundi 3958, periodi Julianæ 4668, ante Chriſtum natum 42, menſes quindecim, dies vero 445 habuerit; & anni præcedentes totis ferè menſibus tribus juſtò breviores fuerint *. Igitur Julius Cæſar annum deinceps 365 diebus & ſex horis conſtare definivit: quam definitionem iterum correxit Gregorius PP. XIII. demptis diebus decem, die 4 Octobris 1582.

Cenſorin. de die nat. c. 20.

Anni Græcorum. Græci recentiores, aliique Græcorum ritibus adhærentes, ut Rutheni, ſeu Moſcovitæ, annum à menſe Septembri incipiunt. Rutheni tamen ab anno 1700, Januarium pro primo anni menſe habere juſſi ſunt.

Anni Anni Francorum in Gallis degentium, o-

hodierni . Gallorum , Germanorum, Romanorum , Italorum , Lotharingorum .

lim a Natali Domini , aut a Paſchate ; Germanorum , Romanorum , Italorum , vulgò à Natali Domini ; Lotharingorum alii à Natali Domini 25 Decembris , alii ab Annuntiatione B. V. Mariæ 25 Martii , alii à Paſchate initium ducebant. Sed Caroli IX. Regis francorum edicto an. 1564, cautum eſt , ut in Galliis, in publicis privatiſque tabulis, à calendis Januarii anni repeteretur exordium . In Lotharingia Carolus III. Dux, anno 1580 hoc ipſum in ſuo Ducatu obſervari voluit . In Cancellaria Romana , anni numerantur ab incarnatione Domini , ſeu à 25 Martii ; in Dataria verò à calendis Januarii .

Anni ãtiqui Latinorum , Mexicanorum , Sinenſium , &c.

In Italia olim apud Lavinios , aut Latinos , annus erat dierum 374 , menſium tredecim . Mexicani annum habuere ex menſibus 18 , quorum ſinguli dierum 20. Sinenſes 24 menſes in anno computant , ſingulos ſcilicet menſes dierum 15 . Formoſani Inſulani decem menſes pro anno habent , ſingulos 36 dierum.

Anni antiqui Ægyptiorũ , Arcadum Acarnan &c.

Ægyptiis antiquiſſimis temporibus annus menſtruus fuit , mox quadrimeſtris , ut ferunt : unde apud eos aliqui & ſingula millia annorum vixiſſe produntur . Apud Arcades , annus quatuor conſtabat menſibus ; apud Acarnanas ſex ; apud nonnullus Barbaros tribus.

Anni initiũ .

Anni initium alii a bruma , alii ab æſtivo ſolſtitio , alii à vere , alii ab autumno deducebant .

Menſes .

Menſes alii lunares, alii ſolares. Lunarium initium alii ducunt à ſilente Luna , alii à phaſi prima , ſeu corniculato lumine , alii denique à plenilunio.

Rurſus in menſis ſeu ſolaris, ſeu lunaris duratione non ſatis conſtat inter antiquos . Sol moratur in Aquario dies circiter unde triginta (inquit Cenſorinus) in Piſce ferè triginta duos ;

in Ariete unum & triginta, in Geminis prope triginta duos, & sic in cæteris inæqualiter, sed usque adeò non totos dies in singulis, ut annum suum, id est dies 365, & portionem nescio quam adhuc Astronomis inexploratam, in duodecim suos dividat menses.

Luna autem singulos menses conficit diebus undetriginta circiter & dimidiato, sed & hos inter se dispares, alios longiores, alios breviores. Hæc Censorinus. Astronomi recentiores mensem Lunæ periodicum, id est medium inter maximum & minimum, observarunt esse dierum 27, horarum 7, minutarum circiter 40.

Apud Albanos olim mensis Martius erat dierum 36; Maius 22; Sextilis, seu Augustus 18; September 16. Apud Tusculanos, Quintilis, seu Julius, dies habebat 36, October 32. Apud Aricinos, October erat dierum 39. Sic Censorinus. Brachmannes Indi menses in quinos denos describant dies *, sicut & hodierni Sinenses; unde & annum habuere 24 mensium.

* Q. Curt. l. 8. c. 9.

Anni ab orbe condito.

Annorum ab orbe conditio numerandorum immensa est varietas. Alii textum hebraicum, alii Samaritanum, alii græcam versionem LXX. Interpretum sequuntur. Qui græcum textum pro norma habent, alii epocham Antiochenam, quæ annos ab origine mundi ad Christum natum numerat 3493; alii Æthiopicam, quæ annos 5501; alii denique Alexandrinam, quæ 5509. Qui hebraico textui adhærent, & Vulgatæ latinæ, iterùm in partes dividuntur innumeras, quas referre tædiossum esset.

Æræ, seu Epactæ variæ.

Variæ sunt inter Chronologos Æræ, seu Epochæ. De æta Seleucidarum egimus paulo superiùs; de Æra nativitatis Christi postea.

Olympiades in Chronologia Græcorum.

Olympiades, in Chronologia Græcorum usitatissimæ, sunt spatium quatuor annorum, quorum initio ludi celeberrimi in Elide Peloponnensi quarto quoque anno celebrari solebant, ad flumen Alpheum, juxta urbem Pisam & Templum Jovis Olympii, unde nomen Olympiadum. Celebrabantur autem hi ludi circa solstitium æstivum. Horum institutor Hercules circa annum mundi 2779; restaurator Iphitus circa annum mundi 3036; denique horum fixa determinataque epocha in Historicis Græcis, ea est Olympias, in qua Victor Chorebus extitit, anno ante æram Christi vulgarem 774; mundi 3228.

Æra Hispanorum.

Æra Hispanorum annis 38 ante æram Christi vulgarem in usu fuit. Cùm enim à Domitio Calvino Hispania Octaviani Augusti ditioni adjecta fuisset, Hispani in actis publicis hæc verba scribere cœperunt: *Annus erat regni Augusti*, seu per compendium: A. E. R. A. unde facta vox *aera*, quæ vulgò jam pro epocha sumitur. Quapropter in litteris ubi æra Hispanorum apposita est, detrahendi sunt anni 38, ut ad verùm æræ Christianæ annum deveniatur. Porrò annos per ætam Hispanicam numerandi usus, in Hispania sensim obliteratus est. In Castilia anno 1383; in Arragoniæ regno anno 1359; in Lusitania anno 1415, publicis edictis proscriptus est.

Æra Martyrum.

Epocha Martyrum, seu epocha Diocletiani, ab Ægyptiis Christianis Alexandrinæ Ecclesiæ, & Abyssinis hactenùs ururpata, initium sumit à persecutione Diocletiani, quæ incœpit anno Christi 302 vel 303.

Hegira Mahumedis.

Hegira Mahumedis, quã hodieque usurpat Arabes, alique pseudo prophetę sectatores, initium habet à nocte quę à xv. ad xvi. diẽ Jul. labitur ãno Christianę ęrę 622, scilicet à secunda fuga Mahumedis.

Anni Incarnationis. Annos ab incarnatione Christi numerare primus instituit Dionysius cognomento Exiguus, qui Justiniano Imperatore sæculo VI. vixit. Hic primum Christi annum posuit eum, in quo Christus conceptus & natus erat. Qui vero deinceps Dionysium secuti sunt, eundem annum ad calendas Januarii reduxerunt: unde factum est ut æra Dionysiana ab æra communi differet anno uno; olim à vera Incarnatione annis 23 quibusdam differre visa *.

* *Mabill. de re diplomatica l. 2. c. 23 n. 13 & l. 2. c. 25 n. 7.*

Anni ab Incarnatione Domini in historiam inducti sunt per Bedam. In Regum Merovingicorum diplomatibus, & in Carolinis vulgaribus nusquam. In solemnioribus aliquando anni Incarnationis apponuntur. Franci antiqui a Regum suorum, primæ scilicet prosapiæ principatu, annos in instrumentis publicis numerabant.

Anni in Litteris publicis notati. Romanis legibus, acta publica certa & authentica non erant absque die & Consule. Apud Allemanos non valebat cartha sine die & anno. Apud veteres Francos, in publicis Regum diplomatibus, aliquando annus & mensis, sed non dies; nonnunquam annus sine mense & die; aliquando neque annus, neque dies & mensis, sed tantummodò regum Principis apponitur.

Data, seu caracter chronologicus sæpe deest, non tantum in privatis instrumentis: sed etiam in litteris Episcoporum, Ducum, Comitum, imo & Regum, & aliarum illustrium personarum. In Ducum Lotharingiæ litteris antiquis, annus aliquando deficit, aliquando apponitur.

Indictio. Indictio, est revolutio annorum 15, à Constantini Magni tumporibus incipiens, anno scilicet 312, dies 24 Septembris: Hujus usus in Chronologia frequentissimus. A Caroli Magni imperio frequenter usurpata in instrumentis

publicis apud Francos, aliosque. Indictionum vero initium non unum apud omnes populos. Nonnulli à calendis Septembris, ut Græci & aliquando Romani Pontifices; alii à Natali Domini; alii à calendis Januarii indictiones numerabant: quod cautè observandum, ne litteræ verissimæ pro suppositis habeantur.

Periodus Juliana, à Josepho Scaligero anno Christi 1580 inventa, est revolutio annorum Julianorum 7980. Constat tribus cyclis: solari 28 annorum, lunari 19 annorum, & indictione 15 annorum. In hac periodo primus annus, est primus cycli solis, primus cycli lunæ, & indictionis; ita ut spatio 7980 annorum, nullus sit annus qui non diverso numero prædictorum cyclorum annotetur. Annus primus mundi concurrit cum anno 710. periodi Julianæ, & annus veræ Christi nativitatis cum anno 4714 ejusdem periodi Julianæ, juxta nostrum numerandi modum. Periodus Juliana.

Æra vulgaris Christiana, qua passim utimur in Ecclesia Latina, tribus annis & diebus septem differt à vera Christi nativitatis epocha, quam statuimus die 25 Decembris anni a mundo condito 4000; ita ut primus annus Christi Julianus, incipiens à calendis Januarii; mundi 4001, distet tribus annis à nostra vulgari æra; & Christus, quem anno ætatis XXXIII. vulgò passus esse dicitur, revera anno XXXVII. decesserit. Anno demum Christi 279, æra veræ Christi nativitatis, cum vulgari epocha re incivit. Æra vulgatis.

Tametsi fuerit aliqua olim in Ecclesiis Christianis diversitas circa diem Paschalis solemnitatis, quam Asiatici fideles die XIV. lunæ Martii, qua scilicet die Christum credebant passum esse, celebrabant; tamen apud Latinos omnes, Græcosque, jam dudum fixa rataque Paschalis solemnitas.

eſt epocha Paſchalis feſtivitatis in Dominicam diem, quæ propinquior eſt decimæ-quartæ lunæ poſt æquinoctium vernum.

His ita præmiſſis, admonendus es, benigne Lector, nos in his Tabuli chronologicis, nulla habita ratione varietatum, quæ in annis, menſibus, diebuſque, à diverſis diversè numeratis oriuntur, ſupponere annum Julianum conſtare menſibus duodecim, diebus 365, ſex horis & aliquot minutis; dies conſtare horis 24, quas à media nocte ad mediam noctem ſubſequentem numeramus; annos, à mundi creatione ad primum Chriſti annum, quatuor mille effuxiſſe.

Communem epocham, tametſi non accuratam, ut diximus, ſed tribus annis à vera Chriſti nati epocha diſtantem, ſequimur. Epochas veteris Teſtamenti, annotato creationis anno, & anno ante Chriſti nativitatem ſignamus; ceteras à Criſto nato ad hec tempora, triplici charactere chronologico diſtinguimus. Prima nota eſt annus Chriſti; ſecunda eſt annus indictionis; tertia eſt dies Paſcalis. Litera *M.* deſignat menſem Martium; *A.* Aprilem.

Si quis Litteram Dominicalem cujuſvis anni ſcire deſiderat, adeat Calendarium in capite hujus Chronologię impreſſum, & videat quæ ſit littera dies Paſchæ ejuſdem anni in Chronologia annotati: hæc eadem erit totius anni Littera Dominicalis. Porrò ex die Paſchatis, Dominicæ omnes ante & poſt Pentecoſten; Dominicæ Quadrageſimæ & ante Quadrageſimam, procedendo ſeu retrocedendo, reperiuntur.

Notandum denique, hac in Chronologia annos ab initio mundi ad æram Chriſti vulgarem (mundi 4004, periodi Julianæ 4714) ab autumno ſeu æquinoctio autumnali hic incho-

ari; quoniam hac tempestate mundum fuisse conditum cum eruditissimis plerique existimamus.

Annos vero ab æra communi Christiana, qua annum hodie 1728 computamus, a prima die mensis Januarii initium ducere.

In veteris Testamenti historiæ chronologia Jacobum Usserium Armachanum maxime sequimur; in historia autem a Christo nato ad usque nostra tempora, probatissimos quosque Historicos & Chronologos.

CALENDARIUM.

JANUARIUS *habet dies xxxj.*

Litt. Dom.		
A	*Kal.*	1 CIRCUMCISIO DOMINI.
b	iv.	2 Octava s. Stephani Proto-martyris.
c	iij.	3 Octava s. Joannis Evang.
d	*Pridie.*	4 Octava Innocentium.
e	*Non.*	5 s. Telesphori Papæ & Mart.
f	viij.	6 EPIPHANIA DOMINI.
g	vij.	7 s. Canuti Mariyris.
A	vj.	8 ss. Theophili & Helladii Martyrum.
b	v.	9 ss Juliani & Basilicæ Martyrum.
c	iv.	10 s. Nicanoris Martyris.
d	iij.	11 s. Hygini Papæ & Mart.
e	*Pridie.*	12 s. Tatianæ Martyris.
f	*Idus.*	13 Octava Epiphaniæ.
g	xix.	14. s. Hilarii Episcopi.
A	xviij.	15 s. Maurii Abbati.
b	xvij.	16 s. Marcelli Papæ & Mart.
c	xvj.	17 s. Antonii Abbatis.
d	xv.	18 Cathedra S. Petri Romæ.
e	xiv.	19 s. Pauli primi Eremitæ.
f	xiij.	20 ss. Fabian. & Sebastiani MM.
g	xij.	21 s. Agnetis Virginis & Martyris.
A	xj.	22 s. Vincentii Mart.
b	x.	23 s. Emerentianæ Mart.
c	ix.	24 s. Timothei Mart.
d	viij.	25 Conversio s. Pauli Apost.
e	vij.	26 s. Polycarpi Mart.
f	vj.	27 s. Joannis Chrysostomi.
g	v.	28 s. Agnetis Virginis.
A	iv.	29 s. Valerii Mart.
b	iij.	30 s. Martinæ Vidæ.
c	*Pridie.*	31 s. Petri Nolasci.

FEBRUARIUS.

Litt. Dom.	Habet dies xxviij. in Bissextili xxix.	
d	Kal.	1 s. Ignatii Mart.
e	iv.	2 PURIFICATIO B. MARIÆ VIRG.
f	iij.	3 s. Blasii Episcopi.
g	Pridie.	4 s. Eutychii Mart.
A	Non.	5 s. Agathæ Mart.
b	viij.	6 s. Dorotheæ Mart.
c	vij.	7 s. Romualdi Abbatis.
d	vj.	8 s. Pauli, Episcopi Virdun.
e	v.	9 s. Apolloniæ Mart.
f	iv.	10 s. Scolasticæ Virg.
g	iij.	11 s. Severini Abb.
A	Pridie.	12 s. Eulaliæ Virg. & Mart.
b	Idus.	13 s. Gregorii Papæ II.
c	xvi.	14 s. Valentini Mart.
d	xv.	15 ss. Faustini & Jovitæ MM.
e	xiv.	16 s. Onesimi Episcopi & Mart.
f	xiii.	17 s. Polychronii, Epis. Babylon. & Mart.
g	xii.	18 s. Simeonis Episcopi & Mart.
A	xi.	19 s. Mansueti, Episcopi Mediolan.
b	x.	20 ss. Potamii & Nemesiii Mart.
c	ix.	21 s. Pipini, Patris sanctæ Gertrudis.
d	viii.	22 Cathedra s. Petri Antioch.
e	vii.	23 *Vigilia*.
f	vi.	24 s. Mathiæ Apost.
g	v.	25 s. Tharasii Episcopi Constantinop.
A	iv.	26 s. Nestoris Episcopi & Mart.
b	iii.	27 s. Juliani Mart. Alexandrini.
c	pridie.	28 s. Romani Abbatis.

In anno Bissextili bis numeratur vj. Kal. *Martii, seu dies* 24. *Februarii*.

Litt. Dom.		MARTIUS *habet dies xxxj.*
d	*Kal.*	1 s. Eudociæ Mart.
e	vj.	2 s. Simplicii Papæ & Confeff.
f	v.	3 ss. Marini & Aufterii Mart.
g	iv.	4 s. Lucii Papæ & Mart.
A	iij.	5 s. Phocæ Mart.
b	*Pridie.*	6 ss. Victoris & Victorini Mart.
c	*Non.*	7 s. Thomæ Aquinatis.
d	viij.	8 s. Pontii Diacon. Carthagin.
e	vij.	9 s. Francifcæ Viduæ.
f	vj.	10 ss. Quadraginta Martyrum.
g	v.	11 s. Eulogii Prefbyteri Cordub.
A	iv.	12 s. Gregorii Magni, Papæ.
b	iij.	13 s. Chriftianæ Virg. & Mart.
c	*Pridie.*	14 s. Euphrofiæ Mart.
d	*Idus.*	15 s. Longini Mart.
e	xvij.	16 s. Cyriaci Diaconi & Mart.
f	xvj.	17 s. Patricii Confeff.
g	xv.	18 s. Alexandrini Epifcopi & Mart.
A	xiv.	19 s. Jofephi Confeff.
b	xiij.	20 s. Joachim, Patris Beatæ Mariæ V.
c	xij.	21 s. Benedicti Abbatis.
d	xj.	22 s. Pauli Epifcopi Narbon.
e	x.	23 s. Victorini Mart.
f	ix.	24 ss. Marci & Timothei Mart.
g	viij.	25 ANNUNTIATIO B. MARIÆ V.
A	vij.	26 s. Polycarpi Mart.
b	vj.	27 s. Ruperti Epifcopi & Confeff.
c	v.	28 s. Gontramni Regis Franc.
d	iv.	29 s. Stephani IX. Papæ.
e	iij.	30 s. Quirini Tribuni & Mart.
f	*Pridie.*	31 s. Mariæ Ægyptiacæ.

Litt. Dom.		APRILIS *habet dies xxx.*
g	*Kal.*	1 s. Teodoræ V. & Mart.
A	iv.	2 s. Francifci de Paula.
b	iij.	3 *Crucifixio D. N. Jefu Chrifti.*

A P R I L I S.

c	*Pridie.*	4 s. Ambrosii Episcopi Mediolan.
d	*Non.*	5 s. Irenes Virg. & Mart. Thessalonic.
e	viij.	6 s. Sixti Papæ & Mart.
f	vij.	7 s. Calliopæ Mart.
g	vj.	8 s. Edesii Mart.
A	v.	9 s. Prochori, unius è sept. Diacon. M.
b	iv.	10 s. Macarii Episcopi Antioch.
c	iij.	11 s. Leonis Magni Papæ I.
d	*Pridie.*	12 s. Zenonis Episcopi Veron. & Mart.
e	*Idus.*	13 s. Hermenegildi Mart.
f	xviij.	14 ss. Tiburtii, Valeriani & Maximi Mart
g	xvij.	15 ss. Basilissæ & Anastasię Mart. Rom.
A	xvj.	16 ss. Callisti & Charisi Mart.
b	xv.	17 s. Aniceti Papæ & Mart.
c	xiv.	18 s. Apollonii Senatoris Mart.
d	xiij.	19 s. Timonis unius è septē primis Diac.
e	xij.	20 s. Anastasi Sinaitæ Monachi.
f	xj.	21 s. Anselmi Episcopi Cantuariens.
g	x.	22 ss. Soteris & Caii Mart.
A	ix.	23 s. Georgii Mart.
b	viij.	24 s. Sabæ Mart.
c	vij.	25 s. Marci Evangelistæ.
d	vj.	26 ss. Cleti & Marcelli Mart.
e	v.	27 s. Anthimi Episc. & Mart. Nicomed.
f	iv.	28 s. Vitalis Mart.
g	iij.	29 s. Petri Martyris, ordin. Prædic.
A	*Pridie.*	30 s. Catharinæ Senens.

M A I U S *habet dies xxxj.*

L. D.		
b	*Kal.*	1 ss. Philippi & Jacobi Apost.
c	vj.	2 s. Athanasii Episcopi.
d	v.	3 *Inventio Sanctæ Crucis.*
e	iv.	4 s. Monicæ Viduæ.
f	iij.	5 s. Eulogii Edess. Episcopi & Confess.
g	*Pridie.*	6 s. Joannis ante Portam Latinam.
A	*Non.*	7 s. Stanislai Mart.
b	viij.	8 Aparitio s. Michaelis.
c	vij.	9 s. Gregorii Nazianz. Episcopi.
d	vj.	10 ss. Gordiani & Epimachi, MM.

e	v.	11 s. Anthimi Presbyt. & Mart. Roman.
f	iv.	12 ss. Nerei & Achillei Martyr. Roman.
g	iij.	13 s. Servatii Tungrens. Episcopi.
A	*Pridie.*	14 s. Bonifacii Mart. Tarsens.
b	*Idus.*	15 ss. Torquati, Cresiphontis, &c. MM.
c	xvij.	16 s. Ubaldi Episcopi Engubiens.
d	xvj.	17. s. Tropesii Mart. Pilis in Etruria.
e	xv.	18 s. Venantii Camerini Mart.
f	xiv.	19 s. Petri, cognom. Cælestini Papæ V.
g	xiij.	20 s. Bernardini Senens.
A	xij.	21 ss. Timothei, pauli & Eutychii MM.
b	xj.	22 s. Basilisci Mart. Coman. in Ponto.
c	x.	23 s. Desiderii Lingoniens. Epis. & Conf.
d	ix.	24 s. Afræ Martyr. Brixiens.
e	viij.	25 s. Urbani Mart.
f	vij.	26 s. Eleutherii Papæ & Mart.
g	vj.	27 s. Joannis Papæ & Mart.
A	v.	28. s. Germani Paris. Episcopi.
b	iv.	29 s. Restituti Mart. Roman.
c	iij.	30 s. Felicis Papæ & Mart.
d	*Pridie.*	31 s. Petronillæ Virg.

Lit. D.		JUNIUS *habet dies xxx.*
e	*Kal.*	1 s. Juvenci Mart.
f	iv.	2 ss. Pothini, Blandinæ, & alior. Mart.
g	iij.	3 s. Clothildæ Reginæ Franc.
A	*Pridie.*	4 s. Metrophanis Episcopi Constantin.
b	*Non.*	5 s. Bonifacii Episcopi Mogunt. & Mar.
c	viij.	6 s. Noberti Magdeburg. Episcopi.
d	vij.	7 s. Pauli Episc. Constantinop. & Marr.
e	vj.	8 s. Medardi Episcopi.
f	v.	9 ss. Primi & Feliciani MM.
g	iv.	10 ss. Getulii, & aliorum MM. Rom.
A	iij.	11. s. Barnabæ Apostoli.
b	*Pridie.*	12 ss. Basilidis, Cyrini, Naboris, &c. MM.
c	*Idus.*	13 s. Antonii Paduani Confess.
d	xviij.	14 Ordinatio s. Basilii Episcopi Cęsariens.
e	xvij.	15 ss. Viti & Modesti MM.
f	xvj.	16 s. Aureliani Episcopi Arelatens.

JUNIUS.

g	xv.	17 s. Pior Abbatis Ægyptii.
A	xiv.	18 ss. Marci & Marcelliani MM. Rom.
b	xiij.	19 ss. Gervasii & Protasii MM.
c	xij.	20 s. Sylverii Papæ & Mart.
d	xj.	21 s. Demetriæ Virg. & Mart.
e	x.	22 s. Paulini Episcopi.
f	ix.	23 *Vigilia sancti Johannis-Baptistæ.*
g	viij.	24 NATIVITAS S. JOANNIS-BAPTISTÆ.
A	vij.	25 s. Guillelmi Abbatis.
b	vj.	26 ss. Joannis & Pauli MM.
c	v.	27 s. Crescentis, Discipuli B. Pauli Apost
d	iv.	28 *Vigilia.*
e	iij.	29 ss. PETRI ET PAULI APOSTOL.
f	*Fridie.*	30 Comemoratio sancti Pauli.

L. D.		JULIUS *habet dies xxxj.*
g	*Kal.*	1 Octava sancti Joannis-Baptistæ.
A	vj.	2 *Præsentatio B. Mariæ Virginis:*
b	v.	3 ss. Eulogii & Socior. MM. Constant.
c	iv.	4 s. Uldarici Augustani Episcopi.
d	iij.	5 s. Zoes Martyris, uxoris s. Nicostrati.
e	*Pridie.*	6 Octava Apostol. Petri & Pauli.
f	*Non.*	7 s. Pateni viri Apostolici.
g	viij.	8 ss. Aquilæ & Priscillæ MM.
A	vij.	9 ss. Zenonis & aliorum MM. Roman.
b	vj.	10 s. Fælicitatis & septem Filior. MM.
c	v.	11 s. Pii Papæ & Mart.
d	iv.	12 ss. Naboris & Felicis MM.
e	iij.	13 s. Anacleti Papæ & Mart.
f	*Pridie.*	14 s. Bonaventuræ. Episc. & Doctoris.
g	*Idus.*	15 Divisio Apostolorum.
A	xvij.	16 s. Fausti Mart.
b	xvj.	17. s. Alexii Confessor.
c	xv.	18 s. Symphorosæ, Uxoris s. Getuli M.
d	xiv.	19 s. Epaphræ, s. Pauli Apost. concapt.
e	xiij.	20 s. Margaretæ Virginis & Mart.
f	xij.	21. Praxedis Virginis.
g	xj.	22 s. Mariæ Magdalenæ.
A	x.	23. s. Apolinaris Mart.

JULIUS.

b	ix.	24 *Vigilia Sancti Jacobi Apostoli.*
c	viij.	25 ss. Jacobi & Christophori.
d	vij.	26 s. Annæ, Matris B. Mariæ Virginis.
e	vj.	27 s. Pantaleonis Mart.
f	v.	28 s. Victoris Papæ & Mart.
g	iv.	29 s. Marthæ Virginis.
A	iij.	30 ss. Abdon & Senen.
b	*Pridie.*	31 s. Ignatii de Loyola Confess.

Litt. Dom.		AUGUSTUS *habet dies xxxj.*
c	*Kal*	1 s. Petri ad vincula.
d	iv.	2 s. Stephani Papæ.
e	iij.	3 Inventio sancti Stephani.
f	*Pridie.*	4 s. Dominici Confess.
g	*Non.*	5 s. Mariæ ad Nives.
A	viij.	6 *Transfiguratio Domini.*
b	vij.	7 s. Donati Episc. & M. Aretii in Etrur.
c	vj.	8 ss Cyriaci, Largi & Smaragdi MM.
d	v.	9 *Vigilia sancti Laurentii.*
e	iv.	10 s. Laurentii Mart.
f	iij.	11 s. Tiburtii Mart.
g	*Pridie.*	12 s. Claræ Virginis.
A	*Idus.*	13 ss. Hippolyti & Cassiani.
b	xix.	14 *Vigilia Assumpt. B. Mariæ V.*
c	xviij.	15 ASSUMPTIO B. MARIÆ VIRG.
d	xvij	16. s. Hyacinthi Confess.
e	xvj.	17 Octava sancti Laurentii.
f	xv.	18 s. Agapiti Mart.
g	xiv.	19 s. Iulii Senatori & Mart.
A	xiij.	20 s. Bernardi Abbatis.
b	xij.	21 s. Cyriacæ Viduæ & Mart,
c	xj.	22 Octava Assumptionis.
d	x.	23 *Vigilia.*
e	ix.	24 s. Bartholomæi Apostoli.
f	viij.	25 s. Ludovici IX. Regis Francorum.
g	vij.	26 s. Zephrini Papæ & Mart.
A	vj.	27 s. Rufi Episcopi & Mart. Capuani.
b	v.	28 s. Augustini Episcopi.
c	iv.	29 Decollatio s. Joannis Baptistæ.

30

d	iij.	30 ss. Felicis & Adacti MM.
e	*Pridie.*	31 s. Paulini Episcopi Trevirensis.

Litt. Dom.	SEPTEMBER *habet dies xxx.*	
f	*Kal.*	1 s. Ægidii Abbatis.
g	iv.	2 s. Maximi Mart.
A	iij.	3 s. Mansueti. I. Episcopi Tullensis.
b	*Pridie.*	4 s. Marcelli Mart. Cabilon.
c	*Non.*	5 s. Victorini Episcopi & Mart.
d	viij.	6 s. Onesiphori, discipuli S. Pauli Apost.
e	vij.	7 s. Reginæ Virg. & M. Territ. August.
f	vj.	8 NATIVITAS B. MARIÆ VIRG.
g	v.	9 ss. Dorothei & Gorgonii MM.
A	iv.	10 s. Nicolai Tolentini Confess.
b	iij.	11 ss. Proti & Hyacinthi Fratrum MM.
c	*Pridie.*	12 s. Maximini Episcopi Trevir. Confess.
d	*Idus.*	13 s. Eulogii Alexandrini Episcopi.
e	xviij.	14 *Exaltatio Sanctæ Crucis.*
f	xvij	15 Octava Nativit. B. Mariæ Virg.
g	xvi.	16 ss. Cornelii & Cypriani Mart.
A	xv.	17 s. Hildegardis Virginis.
b	xiv.	18 s. Ferreoli Mart.
c	xiii.	19 ss. Januarii & Sociorum MM.
d	xii.	20 ss. Eustachii & Soc. MM.
e	xi.	21 s. Mathæi Apostoli.
f	x.	22 s. Mauritii & Sociorum MM.
g	ix.	23 s. Lini Papæ & Mart.
A	viii.	24 ss. Andochii, Thyrsi & Felicis MM.
b	vii.	25 s. Herculani Mart. Rom.
c	vi.	26 ss. Cypriani & Justinæ MM.
d	v.	27 ss. Cosmæ & Damiani MM.
e	iv.	28 s. Venceslai Ducis Bohemiæ.
f	iii.	29 Dedicatio Sancti Michaelis.
g	*Pridie.*	30 s. Hieronymi Confess.

Litt. Dom.		OCTOBER *habet dies xxxj.*
A	Kal.	1 s. Remigii Episcopi.
b	vj.	2 s. Eleutherii Mart.
c	v.	3. s. Candidi Mart. Rom.
d	iv.	4 s. Francisci Confess.
e	iij.	5 ss. Placidi & Sociorum MM.
f	*Pridie.*	6 s. Brunonis Conf. Instit. Ord. Carth.
g	*Non.*	7 s. Marci Papæ & Confess.
A	viij.	8 s. Brigitæ Viduæ.
b	vij.	9 ss. Dionysii & Sociorum Mart.
c	vj.	10 s. Gereonis Matt. Coloniens.
d	v.	11 ss. Tharaci, Probi & Andronici M.
e	iv.	12 s. Liberiæ Virg. & Mart.
f	iij.	13 s. Eduardi Regis Angl.
g	*Pridie.*	14 s. Callisti Papæ & Mart.
A	*Idus.*	15 s. Theresiæ Virg.
b	xvij.	16 s. Galli Abbatis.
c	xvj.	17 s. Heronis Mart. Antiocheni.
d	xv.	18 s. Lucæ Evangelistæ.
e	xiv.	19 ss. Ptolomæi & Lucii MM.
f	xiij.	20 s. Caprasii Mart.
g	xij.	21 ss. Ursulę & Sociarum Virg. & MM.
A	xj.	22 s. Marci Episc. Jerosolym. & Mart.
b	x.	23 s. Amonis Episcopi Tullens.
c	ix.	24 s. Maglorii Episcopi Britan.
d	viij.	25 ss. Chrysanthi & Dariæ MM.
e	vij.	26 s. Evaristi Papæ & Mart.
f	vj.	27 *Vigilia.*
g	v.	28 ss. Simonis & Judæ.
A	iv.	29 s. Narcissi Episcopi Jerosolym.
b	iij.	30 s. Marcelli Centurionis Mart.
c	*Pridie.*	31. *Vigilia omnium Sanctorum.*

Litt. Dom.		NOVEMBER *habet dies xxx.*
d	Kal.	1 FESTUM OMNIUM SANCTORUM.
e	iv.	2 *Commemoratio omnium Defunctorum.*
f	iij.	3 s. Quarti, Apostolorum Discipuli.

NOVENBER.

g	*Pridie.*	4 s. Caroli Borromęi Episcopi Mediol.
A	*Non.*	5 s. Fibicii Episcopi Trevirens.
b	viij.	6 s. Felicis Mart. Tunitani in Afric.
c	vij.	7 s. Prosdocimici I. Paduani Episcopi.
d	vj.	8 Octava omnium Sanctorum.
e	v.	9 Dedicatio Basilicæ Salvatoris Rom.
f	iv.	10 s. Tryphonis, Respicii & NympheM.
g	iij.	11 s. Martini Episcopi Turon.
A	*Pridie.*	12 s. Martini Papæ & Mart.
b	*Idus.*	13 ss. Valẽtini, Solutoris & Victoris MM.
c	xviij.	14 s. Serapionis Mart. Alexandr.
d	xvij.	15 s. Eugenii Episcopi Toletani & Mart.
e	xvj.	16 ss. Rufini, Marci & Valerii MM. Afric.
f	xv.	17 s. Gregorii Thaumaturgi.
g	xiv.	18 s. Romani Marc. Antioch.
A	xiij.	19 s. Pontiani Papæ & Mart.
b	xij.	20 s. Edmundi Regis Angl. & Mart.
c	xj.	21 *Præsentatio B. Mariæ Virginis.*
d	x.	22 s. Cæciliæ Virg. & Mar.
e	ix.	23 s. Clementis Papæ & Mart.
f	viij.	24 s. Chrysogoni Mart.
g	vij.	25 s. Catharinæ Virg. & Mart.
A	vj.	26 s. Petri Alexãdrini Episcopi & Mart.
b	v.	27 ss. Barlaam & Josaphat.
c	iv.	28 s. Rufi Mart.
d	iij.	29 *Vigilia sancti Andreæ.*
e	*Pridie.*	30 s. Andreæ Apostoli.

Litt. Dom.		DECEMBER *habet dies xxxj.*
		1 s. Eligii Episcopi Noviodunens.
f	*Kal.*	2 s. Bibianæ Virg. & Mart.
g	iv.	3 s. Francisci Xaverii Confess.
A	iij.	4 s. Barbaræ Virg. & Mart.
b	*Pridie.*	5 s. Sabbæ Abbatis.
c	*Non.*	6 s. Nicolai Episcopi.
d	viij.	7 Ordinat S. Ambrosii Episc. Mediolan.
e	vij.	8 CONCEPTIO B. MARIÆ VIRG.
f	vj.	9 s. Leocadiæ Virg. & Mart.
g	v.	10 s. Melchiadis Papæ Mart.
A	iv.	

b	iij.	11. s. Damasi Papæ & Confess.
c	*Pridie.*	12 s. Synesii Mart. Rom.
d	*Idus.*	13 s. Luciæ Virg. & Mart.
e	xix.	14 s. Nicasii Episcopi Rhem. & Mart.
f	xviij.	15 Octava Conceptionis B. Marię Virg.
g	xvij.	16 s. Adonis Episcopi Viennens. & Cōf.
A	xvj.	17 s. Johannis de Matha.
b	xv.	18 ss. Rufi & Zozimi MM. in Macedon.
c	xiv.	19 s. Nemesii Mart. Alexandrini.
d	xiij.	20 *Vigilia S. Thomæ Apostoli.*
e	xij.	21 s. Thomæ Apostoli.
f	xj.	22 s. Felicis II. Metens. Episcopi.
g	x.	23 s. Victoriæ Virg. & Mart.
A	ix.	24 *Vigilia Nativitas Domini.*
b	viij.	25. NATIVITAS DOMINI N. J. C.
c	vij.	26 s. Stephani Protomart.
d	vj.	27 s. Johannis Evangelistæ.
e	v.	28 ss. Innocentium.
f	iv.	29 s. Thomæ Cantuar. Mart.
g	iij.	30 ss. Sabini Episcopi, Exuperantii & Marcelli Diacon. MM.
A	*Pridie.*	31 s. Sylvestri Papæ.

BREVIS.

BREVIS CHRONOLOGIA,

AB ORIGINE MUNDI AD NOSTRA USQUE TEMPORA.

Anni 1. *Mundi. Periodi Iulianæ* 710.		*Ante Christi nativ.*
1.	MUndus creatur. Adam & Eva, post peccatum, è paradiso expelluntur.	4000.
2.	Caïn nascitur.	3999.
3.	Abel nascitur.	3998.
129.	Abel à Caïno interficitur.	3871.
130.	Seth nascitur.	3870.
235.	Enos filius Seth nascitur.	3765.
325.	Caïnan filius Enos nascitur.	3675.
395.	Malaleel filius Caïnan nascitur.	3605.
460.	Iared filius Malaleel nascitur.	3540.
622.	Enoch filius Iared nascitur.	3378.
687.	Mathusala filius Enoch nascitur.	3313.
874.	Lamech filius Mathusala nascitur.	3126.
930.	Mors Adami primi Parentis.	3070.
987.	Enoch transfertur anno ætatis 365.	3013.
1032.	Mors Sethi filii Adæ, ætatis 912.	2958.
1056.	Noë filius Lamech nascitur.	2944.
1140.	Enos moritur anno ætatis 905.	2860.
1235.	Mors Caïnan anno ætatis 910.	2765.
1290.	Mors Malaleel anno ætatis 895.	2710.
1422.	Mors Iared anno ætatis 962.	2578.
1536.	Diluvium à Deo Noë prænuntiatum.	2464.
1556.	Iaphet filius Noë nascitur.	2444.
1558.	Sem filius Noë nascitur.	2442.
1651.	Mors Lamechi patris Noë, anno ætatis 777.	2349.
1656.	Mors Mathusalæ omnium hominum longævissimi, anno ætatis 969.	2344.

Anni Mundi.		Anni ante Christum.
1656.	Diluvium universale. Pluit 40. diebus & 40. noctibus. Aquæ super terram permanserunt 150. dies; postea imminutæ sunt.	2344.
1657.	Noë tectum arcæ aperit anno ætatis 601, primâ die primi mensis. Demùm die 27. secundi mensis ex arca egreditur.	2343.
1658.	Arphaxad filius Sem nascitur.	2342.
1663.	Noë Chanaano maledicit.	2337.
1693.	Sale filius Arphaxad nascitur.	2307.
1723.	Heber filius Sale nascitur.	2277.
1757.	Phaleg filius Heber nascitur.	2245.
1770.	Turris Babel ædificatur.	2230.
circa 1771.	Monarchiæ Assyriacæ initium à Nemodo fundatæ.	2229.
circa 1771.	Ægypti Imperium à Chamo fundatur.	2219.
1787.	Rehu filius Phaleg nascitur.	2213.
1819.	Sarug. filius Rehu nascitur.	2181.
1849.	Nachor filius Sarug nascitur.	2151.
1878.	Thare filius Nachor nascitur.	2122.
1948.	Aran filius Thare nascitur.	2052
2006.	Mors Noë anno ætatis 950.	1994.
2008.	Abram filius Thare nascitur.	1992.
2018.	Saraï sponsa Abram nascitur.	1982.
2083.	Prima vocatio Abram de Ur Chaldæorum.	1917.
	Secunda vocatio Abram de Haran.	
2084.	Abram descendit in Ægyptum.	1916.
2092.	Bellum Codorlahomor & Sociorum, adversus reges Sodomæ, Gomorthæ, &c.	1908.
	Fœdus Dei cum Abram.	
2093.	Agar fit sponsa Abram.	1907.
2094.	Ismaël nascitur.	1906.
2107.	Novum Fœdus Dei cum Abram. Nomen *Abram* in *Abraham*, & *Sarai* in *Sara* commutatur.	
	Tres Angeli ab Abraham hospitio excipiuntur, Isaac promittitur.	1893.
2108.	Incendium Sodomæ & Gomorthæ, &c.	1892.
2112.	Isaac nascitur.	1888.
2115.	Inachus primus Rex Argivorum.	1885.
2133.	Agar & Ismaël ejiciuntur.	1867.
	Fœdus inter Abraham & Abimelech regem Geraræ.	

Anni Mundi.		*Anni ante Christum.*
2133.	Isaac à patre immolandus sistitur.	1867.
2145.	Sara uxor Abrahæ moritur ætatis anno 127.	1855.
2148.	Matrimonium Isaaci & Rebecchæ.	2852.
2150.	Matrimonium Abrahæ cum Cethura.	2850.
2158.	Sem filius Noë moritur.	1842.
2162.	Phoroneus secundus Rex Argivorum.	1838.
2168.	Jacob & Esaü nascuntur.	1832.
2184.	Abraham moritur ætatis anno 175.	1816.
2187.	Heber moritur anno ætatis 464.	1813.
2200.	Fœdus Isaac cum Abimelech rege Geraræ.	1800.
2208.	Esaü uxores ducit Chananæas.	1792.
	Diluvium Ogygis, 1020. annis ante primum olympiadem.	
	Apis, tertius Rex Argivorum.	
2231.	Ismaël moritur anno ætatis 137.	1769.
2245.	Isaac Jacobo filio benedicis.	1755.
	Jacob in mesopotamiam secedit ad Labanum avunculum; Liam, 1. uxorem ducit; tum Rachelem.	
2246.	Ruben nascitur ex Lia.	1754.
2247.	Simeon nascitur ex Lia.	1753.
2248.	Levi nascitur ex Lia.	1752.
2249.	Juda nascitur ex Lia.	1751.
2257.	Argus regnat Argis, & post eum successivè Enasus, Phorbas, Triopas, &c.	1741.
2259.	Josephus nascitur ex Rachele.	1741.
2265.	Jacob è Mosopotamia clam Labano in Chananæam redit.	1735.
2273.	Dina filia Jacob à Sichemo capitur.	1727.
	Benjanin filius Rachelis nascitur.	
	Rachel moritur.	
2276.	Joseph fratrum invidiam incurrit, & ab eis venditur in Ægyptum, anno ætatis 17.	1724.
	Juda uxorem ducit Chananitidem filiam Sue, ex qua genuit Her, Onan & Sela.	
2286.	Joseph ab uxore Putipharis falsò accusatur, in carcerem mittitur.	1714.
2287.	Joseph duorum Ministrorum Pharaonis somnia explicat.	1713.
2288.	Isaac moritur anno ætatis 180.	1712.
2289.	Joseph explicat somnia Pharaonis. In libertatē asseritur; fit Prorex totius Ægypti.	1711.

Anni Mundi.		Anni ante Christum.
2189.	Septem anni fertilitatis a Josepho prædictæ, incipiunt.	1711.
2290.	Manasse filius Joseph nascitur.	
2291.	Ephraïm filius Joseph nascitur.	1710.
2296.	Septem anni sterilitatis à Josepho prædictæ.	1709.
	incipiunt.	1704.
2297.	Fratres Joseph in Ægyptum veniunt, annonam quæsituri.	1703.
2298.	Fratres Joseph iterùm in Ægyptum veniunt cum Benjamin fratre.	1702.
	Jacob cum familia in Ægyptum venit.	
2302.	Finis septem annorum sterilitatis.	1698.
2315.	Jacob moritur anno ætatis 147.	1695.
2369.	Joseph moritur anno natus 110.	1631.
2385.	Levi moritur ætatis anno 157.	1615.
2422.	Cecrops regnat Athenis.	1578.
2427.	Novus Rex in Ægypto, qui non noverat Joseph.	1573.
	Job è stirpe Esaü, circa hæc tempora vivebat.	1571.
	Fuit tertius ob Esaü.	1570.
2429.	Prometheus I. Rex Thessaliæ seu Hemoniæ	1567.
	regnat.	1528.
2430.	Aaron filius Amram nascitur.	1527.
2433.	Moyses frater Aaronis nascitur.	
2472.	Areopagum Athenis statuitur à Rege Cranao.	1526.
2473.	Moyses fratres visitat; Ægyptium occidit; fugit in Madian; Sephoram uxorem ducit.	1521.
2474.	Diluvium sub Deucalione filio Promethei.	
2479.	Amphyction filius Deucalionis, gener Cranai Regis Athenarum, socerum regno pellit, magnam Græciæ partem invadit.	1519.
2481.	Hellen secundus Deucalionis filius regnat in Phocide. Panathenea Anthoni celebrantur in honorem Minervæ.	1514.
2486.	Eurotas & Lacædemon regnant in Laconia. Urbs Sparta seu Lacedemon à Lacædemone conditur.	1510.
2490.	Erichtonius pulso Amphyctione, regnum Athenarum occupat.	1508.
2492.	Danaus ex Ægypto in Græciam venit, Argis imperat.	1504.
2496.	Trojanum regnum sub Dardano conditur.	
	Dominus in rubo Moysi apparet, eumque in	
2513.	Ægyptum redire jubet. In Ægyptum redit,	1487.

Pharaonem decem plagis affligit; egreditur ex Ægypto cum Israëlitis, mare transit, ad Sinaï pervenit.

2514. Erigitur Tabernaculum Fœderis; mittuntur exploratores in terram Chanaan: redeunt, populus rebellat, differtur ingressus in terram promissionis annis 40. 1486.

Hæ sunt autem stationes Israëlitarum in deserto ab exitu Ægypti. I. Ramesse. II. Socoth. III. Etham. IV. Beel-sephon. V. Desertum Etham. VI. Mara. VII. Elim. VIII. Ad mare rubrum. IX. In deserto Sin. X. Daphca. XI. Alus. XII. Raphidim. XIII. Sinaï. XIV. Incendium. XV. Sepulcra concupiscentiæ. XVI. Hazeroth. XVII. Rethma XVIII. Remnon-phares. XIX. Lebna. XX. Ressa. XXI. Ceelatha. XXII. Mons Sepher. XXIII. Arada. XXIV. Macetoth. XXV. Tahath. XXVI. Thare XXVII. Metca XXVIII Hesmon. XXIX. Moseroth. XXX. Bene-jacã. XXXI. Gadgad. XXXII. Jethebata. XXXIII. Hebrona. XXXIV. Asiongaber. XXXV. Mozeroth. XXXVI. Cades ad aquas contradictionis. XXXVII. Ad montem Hor. XXXVIII. Selmona. XXXIX. Phunon. XL. Oboth. XLI. Ieabathana. XLII. Ad torrentem Zared. XLIII. Bamoth. Arnon. XLIV. Ad puteum XLV. Mathana. XLVI. Nahaliel. XLVII. Dibon-gad. XLVIII. Helmon. deblataim. XLIX. Mons Phasga. L. Kedemoth. LI. Sethim, vel Abelsethim.

2515. Israëlitæ in Cades aliquandiu morantur. 1485.

2549. Phœnix & Cadmus de Thebis Ægyptiorum profecti, apud Tyrum & Sidonem regnant. 1451.

2552. Legati mittuntur ad Edom, qui transitum Israëlitis negat. 1448.

Maria soror Maysi moritur anno ætatis 130.

Aaron moritur anno ætatis 123.

Bellum Regis Adrad in Israëlitas.

Erectio Serpenti ænei.

2553. Bella adversùs Schon & Og. 1447.

Balaam invitatur ad maledicendam Israëlitis.

Bellum in Madianitas.

Mors Moysi, ætatis anno 120. Josue filius Nun succedit.

Transitus Iordanis. Manna cedere desinit. Primũ Pascha in terra Chanaan celebratur. Mu-

Anni Mundi.		Anni ante Christum.
	ri Jericho corruunt. Altare in Hebal erigitur. Gabaonitæ Josue & senioribus imponunt. Bellum adversùs quinque Reges Chananæos. Sol & Luna sistunt ad Josue imperium.	
2554.	Josue bellum gerit adversùs Reges Chanan per sex annos.	1446.
2559	Josue terram dividit tribubus Juda, Ephraïm & dimidiæ tribui Manasse.	1441.
2560.	Arca fœderis in Silo collocatur.	1440.
	Terra dividitur tribubus Benjamin, Simeon, Zabulon, Issachar, Asar, Neptali & Dan.	
	Tribus Ruben & Gad, & dimidia tribus Manasiæ, trans Jordanem redeunt.	
2561.	Mors Josue anno ætatis 110.	1439.
	Anarchia annorum ferè 20, sub qua contigêre historia Idoli Michæ, invasio urbis Laïs à Danitidis; bellum adversùs Benjamitas, ob violatam uxorem Levitæ.	
2572.	Minos regnat in Creta insula.	1428.
2591.	Prima servitus Israëlitarum sub Chusan Rege Mesopotamiæ, annis 8. ab anno 2590. aut 2591, ad annum 2599.	1413.
2595.	Ceres Athenas venit, ibique frumentum colere docet.	1405.
2599.	Othoniel filius Cenez, Israëlitas à servitute Chusanis liberat, anno 40. post primam terræ quietem à Josue procuratam, anno scilicet 2560.	1401.
2624.	Janus hoc circiter tempore in Italiam venit.	1376.
2642.	Saturnus in Italiã secedit, ibique regnat in latio.	1358.
2643.	Sisiphus regnat Corinthi, Isthmiaca instituit.	1357.
2661.	Secunda servitus sub Eglone Rege Moab. Incipit anno 1661. definit 2679.	1339.
2679.	Aod Israëlitas à servitute Moabitarum liberat anno 80. post libertatem ab Othoniele procuratam.	1321.
Annus incertus.	Tertia servitus sub Philistæis.	
	Samgar in Judicatura Aodo succedit.	
2682.	Belus Assyrius in Babylonia post Arabas regnat annis 55.	1308.
2705.	Minos II. Rex Cretæ. Androgeum filium Athenas mittit. Ibi Androgeus occiditur. Minos Atheniensibus bellum infert, tributum imponit.	1295.
2711.	Atreus & Thyestes Argis & Mycenis imperant.	1289.
2713.	Primus Heraclidarũ in Peloponnesũ descensus.	1287.

Anni Mundi.		*Anni ante Christum.*
2717.	Secundus Heraclidarum descensus in Peloponnesum.	1283.
2719.	Quarta Servitus Israëlitarum sub Jabin Rege Azor, per annos 20. ab anno 1699. ad annum 2719. quo anno Debora & Barac populum liberant.	1281.
2731.	Argonautarum Expeditio.	1269.
2737.	Ninus Beli filius, Assyriorum fundat Imperium.	1267.
2745.	Theseus filius Egæi, Minotaurum occidit.	1255.
2746.	Theseus Athenis regnat.	1254.
2752.	Quinta Servitus Israëlitarum sub Medianitis.	1248.
2754.	Primum Bellum Thebæum.	1246.
2756.	Initium regni Regis Latini in Italia.	1244.
2757.	Gedeon à Deo suscitatur, ut Israëlitas à Madianitarum servitute liberet.	1241.
2768.	Abimelech filius Gedeonis, à Sichemitis Rex constituitur.	1232.
2771.	Abimelech occiditur. Urbs Sichem destruitur.	1229.
2772.	Thola judicat Israëlem post Abimelech, annis 23, ad an. 2795.	1228.
2781.	Argon Nini filius, primus Sardibus regnavit.	1219.
2783.	Prima institutio Ludorum Olympicorom ab Hercule.	1217.
2789.	Semiramis Hini uxor, universæ Asiæ imperat, ad an. 2831.	1211.
2795.	Jaït judicat Israël, maximè trans Jordanem, annis 22.	1205.
2799.	Sexta Servitus Israëlitarum sub Philistæis & Ammonitis.	1201.
2817.	Jephte Israëlitas à servitute liberat. Judicat sex annis, ad an. 2823.	1183.
2820.	Excidium Trojæ, 408. ante prima Olympiadem.	1180.
2823.	Jephte moritur. Succedit Abesan. Hic judicat annis septem, ad an. 2830.	1177.
	Hoc circiter anno Æneas in Italiam venit, Turnum Regem Rutulorum occidit. Regnum Albanorum condit.	
2830.	Abesan moritur. Succedit Elon, ad an. 2840	1170.
2831.	Semiramis Interficitur. Ninus junior succedit.	1169.
2840.	Elon moritur. Succedit Abdon, annis 8, ad an. 2848.	1160.
2848.	Abdon moritur. Succedit Heli summus Pontifex ad an. 2888. per annos 40.	1152.

Anni Mundi.		Anni ante Christum.
2848.	Septima Servitus sub Philistæis.	1152.
2849.	Samson nascitur.	1151.
	Samuel nascitur.	
2861.	Deus Samueli loqui incipit.	1139.
2867.	Samson uxorem ducit Philistæam, & Judicis, seu vindicis Israël officium auspicatur.	1135.
2869.	Samson messes Philistæorum incedit.	1131.
2874.	Tertius descensus Heraclidarum in Peloponnesum.	1126.
2887.	Samson à Dalila proditur, & Philistæis traditur. Moritur post 20. annos regiminis.	1113.
2888.	Bellum inter Philistæos & Israëlitas.	1112.
	Arca Dei à Philistæis capitur. Heli Sacerdos moritur.	
	Codrus filius Melanthi, Athenis regnat ad an. 2907.	
	Arca Dei à Philistæis reducitur.	
	Samuel Judex Israël agnoscitur, ad annos 40.	
	Victoria Israëlis in Philistæos.	
2908.	Israëlitæ Regem à Samuele poscunt.	1092.
2909.	Saül Rex ungitur à Samuele. Regnat annis 40, ad an. 2949.	1091.
	Bellum Ammonitarum in Jabes Galaad.	
2911.	Bellum Philistæorum in Saülem. Saül à Deo reprobatur.	1089.
	Victoria Jonathæ in Philistæos.	
2919.	David filius Isaï, nascitur.	1081.
2930.	Bellum Saülis in Amalecitas.	1070.
	Saül iterùm à Deo reprobatur.	
2931.	Abibalus primus Rex Tyri nobis notus floret.	1069.
2941.	David ungitur in Regem à Samuele.	1059.
2942.	Bellum Philistæorum in Sülem. David interficit Goliath.	1058.
2943.	Saül zelo & invidiâ ductus, Davidem occidere nititur.	1057.
2944.	David fugit ad Achis regem Geth.	1056.
2945.	David in desertum Ziph se recipit.	1055.
	Smirna à Cumæis conditur.	
2946.	David in spelunca Engaddi latitans, Saülem hostem occidere non vult.	1054.
2947.	Samuel moritur, ætatis an. 98.	1053.
	Historia Nabalis de Carmelo. David uxorem ducit Abigail.	

2949. Ultimum bellum Philistæorum in Saülem. Saül vincitur, seipsum interficit. 1051.
David regnat annis 40, ad an. 2990.
Isboseth filius Saül, regnat in Mahanaïm trans Jordanem. David verò regnat in Hebron.
2951. Bellum inter domum Saül, & domum David, annis quatuor aut quinque. 1049.
2956. Abner ab Isboseth deficit, & ad Davidis partes transit. 1044.
Isboseth in lectulo interficitur. David solus regnat.
Jerusalem à David in Jebusæos oppugnatur. 1043.
2957. Bella Davidis cum Philistæis. 1042.
2958. David Arcam Fæderis à Cariat-iarim Jerosolymam transferre cupiens, eam in domo Abinadab deponit. Tertio post mense Arca in palatim regis infertur. 1041.
2959.
2960. David Templum Deo ædificare proponens, à proposito deterretur à Nathane propheta. 1040.
Bellum David adversùs Ammonitas. 1033.
2967. Bellum David in Syros Ammonitarum socios. 1032.
2968. Obsidio Rabbath Ammon. David peccat cum Bersabee, Uriam occidit. Rabbath expugnatur. 1031.
2969. Nathan Davidem ob crimen arguit. Pœnitentia Davidis. 1030.
2970. Salomon nascitur. 1029.
2971. Amnon Thamarem sororem violat. 1028.
2972. Absalon Amnonem fratrem occidit. 1026.
2974. Absalon Jerosolymam, indulgente patre, redit. 1023.
2977. Absalon coram Davide patre comparet. 1021.
2979. Absalon in patrem rebellat. Absalon occiditur. 1019.
2981. Seditio Seba filii Bochri.
Fames in Israël ob necatos Gabaonitas. 1017.
2983. David, universi popoli censu instituto, iram Dei in Israëlitas accendit. 1013.
2987. David materiam omnem ad Templi structuram comparat & disponit. 1012.
2988. Abisag fit uxor David. 1011.
2989. Adonias regiam dignitatem affectat.
Salomon in Regem ungitur.
2990. Mors Davidis an. æt. 70. 1010.
Salomon regnat solus annis 40, ad an. 3029. aut 3030.

Anni Mundi.		Anni ante Christum.
2990.	Adonias occiditur.	1010.
	Pontificatus Abiatharo adimitur; Sadoco relinquitur.	
	Joab in Templo jubente Rege necatur.	
2991.	Matrimonium Salomonis cum filia regis Ægypti.	1009.
	Salomon à Deo donum ſapientiæ accipit.	
2992.	Salomon Templi fundamenta jacit.	1008.
3000.	Templum Salomonis abſolvitur.	1000.
3001.	Dedicatio Templi Salomonis.	999.
3012.	Palatia Salomonis, & filiæ regis Ægypti abſolvuntur.	998.
3026.	Jeroboam in Salomone rebellat, & in Ægyptum fugit.	974.
3029.	Salomon moritur. Succedit Roboam in tribus Juda & Benjamin.	971.
3030.	Jeroboam verò in decem tribus regnat.	970.
3032.	Roboam à Dei cultu recedit.	968.
3033.	Seſac rex Ægypti, Jeruſalem & templum ſpoliat.	967.
3046.	Roboam rex Juda moritur. Abia ſuccedit.	954.
3047.	Jeroboam ab Abia vincitur.	953.
3049.	Abia moritur. Aſa ſuccedit, & regnat annis 41.	951.
3050.	Jeroboam moritur. Nadab ſucceſſor regnat annis 2.	950.
3053.	Aſa rex Juda, idololatriam à Juda proſcribit.	947.
3054.	Nadab rex Iſraël moritur. Succedit Baſa; regnat annis 20.	946.
3055.	Joſaphat filius Aſa naſcitur.	945.
3063.	Victoria Aſa regis Juda, adverſus Zara regem Chus.	937.
3064.	Aza rex Juda, Benadad regem Syriæ concitat ad bellum adverſus Baaſa regem Iſraël, qui ædificabat Ramam.	936.
3074.	Baaſa rex Iſraël moritur. Succedit Ela ad duos annos.	926.
3075.	Ela occiditur à Zamri, qui regnum invadit ad dies 7.	925.
	Zamri incenditur in palatio. Amri ſuccedit.	
	Thebni de regno contendit cū Amri: ſed Amri prævalet, & regnat ſolus anno mundi 3079.	
3079.	Amri rex Iſraël regnat ſolus.	921.
3080.	Amri urbem Samariam condit, ibique regni ſedem ſtatuit.	920.
	Joram filius Joſaphat naſcitur.	
3086.	Amri rex Iſrael moritur. Succedit Achab filius, ad annos 22.	914.

Anni Mundi.		*Anni ante Christum.*
3090.	Asa rex Juda moritur, an. regni 41. Succedit Josaphat, & regnat annis 25, ad an. 3115.	910.
3097.	chosias nepos Josaphati nascitur.	903.
	Elias hoc tempore prophetat in Israël, an. 3096. Elisæum ungit in prophetam. Coram Achabo se sistit. Pseudo-prophetas interficit.	
3103.	Benadard rex Syriæ Samariam obsidet, indeque fugatus recedit.	897.
3104.	Benadad cæditur in Aphec, & in Achabi manus devenit.	896.
3105.	Nabothi vineam usurpat rex Achab.	895.
3106.	Achab rex Israël, Ochosiam filium suum in regni societatem admittit.	894.
	Josaphat rex Juda, Joram filium suum in regni socium designat.	
3107.	Achab adversus Ramoth Galaad copias educit. Vulneratur, moritur. Succedit Ochosias in regno Israël, 2 annis, ad an 3108	893.
	Josaphat rex Juda cum Achabo rege Israël adversus Ramoth Galaad proficiscitur, vixque inde incolumis aufugit.	
3108.	Josaphat classem quæ in Ophir navigaret dum parat, Ochosias rex Israël, in expeditionis societatem venit: quæ causa fuit cur Deus classem tempestate confringeret.	892.
	Ochosius è domate domûs in cœnaculum decidens, sic vulneratus est, ut paulò post obierit. Joram frater succedit, & regnat 12. annis.	
	Elias curru igneo in cœlum fertur.	
3109.	Joram rex Israël, bellum gerit in Moabitas. Elizæus propheta victoriam Joramo promittit, & aquarum copiam in siti.	891.
3112.	Josaphat Joramum filium, regiæ dignitatis consortem facit.	888.
3115.	Josaphat rex Juda moritur. Joram succedit ad an. 3119.	885.
3116.	Joram, suadente conjuge Athaliâ, cultum prophanum in Judæam inducit.	884.
3117.	Joram à Deo plagâ insanabili in visceribus percutitur.	883.
3118.	Joram Ochosiæ filio, regni societatem concedit.	882.
3119.	Joram rex Juda moritur. Ochosias succedit, regnat anno 1.	881.

Anni Mundi.		Anni ante Christum.
3119.	Samaria obsidetur à Benadad rege Syriæ. Benadad terrore subit correptus aufugit.	881.
	Joas, postea rex Juda, nascitur.	
3120.	Ochosias, cum Joram rege Israël, ad obsidionem Remoth Galaad proficiscitur; à Jehu invasore regni Israel occiditur. Athalia regnum usurpat annis 6, ad an. 3126.	880.
	Elisæus Damascum venit; Benadad moriturum prædicit, & Hazaëlē regnaturum in Damasco.	
	Joram rex Israël in obsidione Ramoth Galaad lethaliter vulneratur; in Jezrael decumbens moritur. Jehu invasor succedit; regnat annis 28.	
	Athalia quidquid erat seminis regii in Juda trucidat. Iuvenis Ioas in templo servatur incolumis.	
	Ludi Olympici per Iphitum restituuntur.	
3122.	Dido Tyro fugiens, in Africam venit, Carthagi condit.	878.
3126.	Ioas à Ioiada summo Sacerdote in throno Iudæ constituitur. Athalia trucidatur. Ioas regnat annis 40, ad an. 3165.	874.
3133.	Lycurgus Lacædemoniorum Legislator floret.	867.
3140.	Amasias filius Ioas nascitur.	860.
3147.	Ioas Templi Domini ruinas resarcire constituit.	853.
	Iehu rex Israël moritur. Succedit Ioachas filius. Regnat annis 17, ad annum 3165.	
3164.	Zacharias filius Ioiadæ summi Sacerdotis occiditur in templo, jubente rege Ioas.	836.
	Bellum Hazaëlis regis Syriæ contra Ioas.	
3165.	Hazaël iterùm bellum gerit in Ioas regem Iuda. Ioachas rex Israël moritur. Succedit Ioas; regnat 16. annis, ad annum 3181.	835.
	Elisæus propheta moritur.	
	Ioas rex Iuda moritur. Succedit Amasias. Regna annis 29, ad an 3194.	
3168.	Hazaël rex Syriæ moritur. Succedit Benadad.	832.
3177.	Bellum Amasiæ regis Juda, in Idumæos.	823.
3178.	Ioas rex Israël victoriam reportat in Amasiam regem Iuda.	822.
	Osias, seu Azarias, Amasiæ regis Iuda filius, nascitur.	
3181.	Ioas rex Israël moritur Succedit Ieroboam II. & regnat annis 41. ad an. 3220.	819.
	Prophetæ Ionas, Osee & Amos florent sub Ieroboamo II.	
3194.	Amasias rex Iuda moritur. Succedit Osias, seu Azarias.	806.

Anni Mundi.		*Anni ante Christum.*
3194	Azarias regnat annis 52. ad an. 3246.	806
	Isaïas & Amos prophetæ, in regno Juda sub Osia prophetant.	
3287	Ardysus ex Heraclidarum genere, regnat in Lydia annis 36.	773
3210	Caranus Heraclides regnum Macedonicum condit.	770
	Phidon Carani frater, Argis imperat; pondera & mensuras invenit. Primus monetam in insula Ægina signat.	
3220	Jeroboam II. moritur. Succedit Zacharias filius. Regnat sex mensibus aut fortè 10. annis.	780
3228	I. Olympias, in qua vicit Corebus, annis 108. post Iphiteam Olympiadem.	772
3230	Romulus nascitur.	770
3232	Zacharias à Sellum occiditur.	768
3233	Sellum succedit; regnat mense uno. Occiditur à Manahem, qui regnat 10. annis.	767
	Phul rex Assyriorum, in terram Israel irrumpit.	
3243	Manahem rex Israel moritur. Succedit Phaceia 2. annis, ad an. 3245.	757
3245	Phaceia moritur. Succedit Phacee filius Romeliæ. Regnat annis 28.	755
3246	Osias rex Juda moritur. Succedit Joathan. Regnat annis 16. ad an. 3262.	754
	Isaïas & Osee prophetant sub rege Joathan.	
3252	Ezechias filius Joathan regis Juda, nascitur.	748
3254	Arbaces Mediæ Satrapa, & Belesus Babylonicus, in Sardanapalum Ninives regem rebellant. Sardanapalus se suaque incendit an. 3257.	746
3256	Roma conditur à Romulo. Romulus regnat 38.	744
3257	annis.	743
	Ninive ab Arbace & Beleso capitur.	
	Arbace Medos in libertatem asserit.	
	Belesus, seu Nabonassar, seu Baladon, imperium Babylonicum constituit.	
	Ninus Junior, seu Teglatphalassar, Sardanapolo in regno Assyriæ succedit. Regnat annis 30.	
	Ara Nabonassari.	
3261	Rasin rex Syriæ, & Phacee rex Israel, regno Juda bellum inferunt.	739
3262	Johathan rex Juda moritur. Achaz filius succedit, & regnat annis 16.	738
	Isaïas Messiæ nativitatem prædicit, & duorum regum, Syriæ & Israelis, irritos conatus.	
3263	Rasin & Phacee iterum regno Juda infesti sunt.	737

3264 Idumæi & Philistæi regnum Juda Populantur. 736
Achaz rex Juda, Teglatphalassari regis Assyriorum auxilium petit, qui Rasinum Damasci regem captum interficit, & in terram Israel ingressus, plures inde captivos abducit è tribubus Ruben, Gad & Manasse, trans Jordanem. Hæc prima Captivitas Israel.

3265 Phacee filius Romeliæ, ab Osee filio Elâ occiditur. 735
Osee regnum Israel usurpat. Regnat annis 9. ad annum 3283.

3276 Teglatphalassar rex Ninives moritur. Succedit Salmanassar. 724

3277 Ezechias ab Achazo patre in societatem regiæ potestatis admittitur. 723

3278 Achaz rex Juda moritur. Succedit Ezechias; regnat annis 28. ad an. 3306. 722

3279 Ezechias cultum Dei in Templo constituit; decimas & primitias in usum sacerdotum colligi jubet. 721
Osee rex Israel, in Salmanassarem rebellat; cum Sue rege Ægypti fœdus init.

3280 Salmanassar rex Ninives, Samariam obsidet. 720

3283 Samaria à Rege Salmanassar expugnatur. Osee rex Israel occiditur. Tribus residuæ, in captivitatem abducuntur. 717
Finis regni Israel, post annos 254.
Tobias de tribu Nephtali, in captivitatem, cum reliquis de tribu Nephtali, Niniven transfertur.

3290 Ezechias jugum Sennacherib Assyriorum regis excutit, & cum regibus Ægypti & Chus societatem init. 710

3291 Sennacherib contra Ezechiam bellum gerit; plures urbes Juda munitas occupat. 709
Ezechias ægrotat; ab Isaia sanatur. Signum accipit recuperandæ valetudinis, Solis retrogradationem.
Sennacherib exercitum ducit in Theracam regem Chus. Angelus Domini 185. millia hominum ex ejus exercitu unâ nocte interimit. Sennacherib Niniven fugiens, à filiis interficitur.

3292 Assaradon Sennacheribo succedit in regnum Assyriorum. 708
Merodach Baladan rex Babylonis, ad Ezechiam legatos mittit, gratulatum de recuperata mirabiliter valetudine.
Michæas Morasthites, & Nahum sub Ezechia rege Juda prophetant.

Anni Mundi.		Anni ante Christum.
3293	Thartan à Rege Assaradon cum exercitu in Idumæos, Philistæos & Ægyptios mittitur.	707
3294	Romulus rex moritur. Succedit Numa Pompilius post unum annum.	706
	Assaradon Chutæis in Sichem morantibus, sacerdotem Israelitam mittit, legitima Dei edocturum.	
	Dejoces Medorum Imperium constituit.	
3295	Numa Pompilius Romæ regnat annis 38. ad annum 3333.	705
3296	Moritur Ezechias rex Juda. Succedit Manasse; regnat annis 55. ad an. 3361.	704
3319	Duodecim virorum principatus in Ægypto. *Herodot. l. 2. c. 147.*	681
3320	Archontes Athenis constituuntur.	680
3323	Assaraddon rex Assyriorum, Babilonicum regnum, deficiente Babyloniorum stirpe regiâ, occupat.	677
3329	Manasse à Chaldæis capitur, & Babylonem vinctus ducitur.	671
	Fundatio urbis Chalcedonensis.	
3333	Numa Pompilius moritur. Succedit Tullus Hostilius.	667
3334		666
	Psammetichus regnat solus in Ægypto, post duodecim tyrannorum mortem.	
3336	Saosduchinus Assaraddoni succedit in imperio Assyriorum, & Babyloniorum.	664
3339	Amon, postea rex Juda, nascitur.	661
3347	Bella Holophernis adversus diversos populos.	653
3348	Historia Judith. Holophernes in obsidione Bethuliæ à Judi ha occiditur.	652
3355	Nascitur Josias filius Amon regis Juda.	645
3356	Saosduchinus rex Assyriorum & Babyloniorum moritur. Succedit Chinaladanus.	644
3361	Manasses rex Juda moritur. Succedit Amon; regnat duobus annis.	639
3363	Amon rex Juda moritur. Succedit Josias; regnat annis 31.	637
3364	Nascitur Thales Milesius, unus è septem Greciæ Sapientibus.	636
	Sophonias prophetat initio regni Josiæ.	
	Cimmerii ex Europa in Asiam transeunt.	
3365	Tullus Hostilius rex Romanorum moritur. Succedit Ancus Martius.	635
3369	Phraortes rex Medorum, in obsidione Ninives perit. Succedit Cyaxares filius; regnat annis 40.	631

3370 Cyaxares prælio superat Assyrios; Niniven obsidet. vincitur à Scythis, & superioris Asiæ imperium amittit, quod Scythæ annis 28. obtinet. 630
Joakim, seu Eliacim filius Josiæ regis Juda, nascitur.
Josias Deum quærere incipit, octavo regni sui anno.
3371 Sellum, seu Joachas filius Josię regis Juda, nascitur. 629
3373 Sadyattes Ardyis filius, apud Lydos regnat annis 12. 627
Scythis in Ægyptum contendentibus, Psammetichus rex Ægypti, in Palestinam occurrit; ne ulterius progrediantur, muneribus efficit. Scythæ Ascalonem aggrediuntur.
Cyrene in Libya conditur. Ibi Battus regnat an. 40.
3374 Josias regni sui anno 12. idola proscribit ex Juda & Jerosolymis. 626
3376 Jeremias prophetare incipit anno 13. regni Josiæ. 624
Prusa in Bithynia conditur.
3378 Nabopolassar Babylonicus, & Astyages Medus, Niniven, & in ea Saracum regem expugnant. Ninive destruitur. Nabopolassar regnum Chaldæorum administrat annis 21. 622
3379 Bellum Sadyattis Lydorum regis, in Milesios. 621
3380 Liber Legis Moyse, ab Helcia pontifice invenitur. 620
Prophetissa Holda, adversa Iudæ regno eventura prædicit.
3381 Pascha solemnissimum à Iosia rege celebratur. 619
Ioel sub Iosia rege prophetat.
3384 Matthania, seu Sedecias filius Iosiæ regis Iuda, nascitur. 616
3385 Sadyattes Lydorum rex moritur. Succedit Halyatthes, regnat annis 57. 615
3387 Ioachin, seu Iechonias, filius Ioakin, nascitur. 613
3388 Nechao, seu Necos, patri Psammeticho AEgypti regi succedit; regnat annis 16. 612
3389 Ancus Martius Romæ rex, moritur. Succedit Tarquinius priscus. 611
3393 Anaximander Milesius in Ionia nascitur. 607
3394 Nechao rex Ægypti contra regem Assyrię bellum movet. 606
Iosias rex Iuda, Nechao reg AEgypti occurrens, in Mageddo lethaliter vulneratur.
Lamentationes Ieremiæ in mortem Iosiæ.
Ioachaz in locum Iosię rex Iuda constituitur. De-

ponitur à Nechao ; & Eliacim, seu Joakim, Joachasi frater, in throno collocatur.

3395 Jeremias mala Judæ impendentia prædicens, tanquam reus capitalis comprehenditur, sed mox à populi principibus & senioribus absolutus dimittitur. 605

Urias Semeÿæ filius, prophetans contra Judam & Jerusalem, à Joakim capite plectitur.

Habacuc propheta floret.

3397 Nabuchodonosor, Nabopolassari regis Chaldæorum filius, in regni societatem à patre assumptus, Carchemisium in potestatem Chaldæorum redigit. 603

3398 Tum Jerosolymam ingressus, Joakimo regi Juda tributum indicit. 602

Rechabitæ Jerosolymam veniunt.

Daniel, & socii in captivitatem ducuntur.

3399 Jeremias prophetiam scripto redigit, verba ejus excipiente Barucho. 601

Baruch legit, audiente populo, verba prophetiæ Jeremiæ.

Scythæ imperio Asiæ spoliantur à Cyaxare Medorum rege.

Nabopolassarus rex Chaldæorum moritur. Succedit Nabuchodonosor ; regnat annis 43.

3401 Historia Susannæ Babylone contigit. Daniel Susannam liberat. 599

3402 Somnium Nabuchodonosor de ingenti statua, à Daniele explicatur. 598

3403 Sextus annus belli inter Medos & Lydos, quo anno pax inter utrosque facta est ; eclypsi solis inter pugnam adveniente, uterque exercitus à pugnando destitit. 597

3404 Nabuchodonosor adversus Joakim regem Juda rebellantem, copias Chaldæorum, Syrorum & Moabitarum misit, qui 3023. Judæorum in Babyloniam abduxerunt. 596

Nechao rex Ægypti moritur. Succedit Psammis filius. Regnat annis sex.

Massilia à Phocœensibus conditur.

Cyaxarus seu Darius Medus, filius Astyagis seu Assueri, nascitur.

3405 Cyrus filius Cambysi Persæ & Mandanes, nascitur. 595

Joakim iterum rebellans capitur, necatur sepulturâ asini donatur.

3405 Succedit Joachim, seu Conias, aut Jechonias. Regnat 3. mensibus 10. diebus. 595

3406 Joachin à Nabuchodonosor in Jerosolymis obsidetur. Capitur, ducitur Babylonem, cum matre, & maxima populi parte; inter quos Mardochæus & Ezechiel. 594

Sedecias patruus Joachin, in regnum succedit; regnat annis 11.

Sedecias legatos Babylonem mittit, ad repetenda Templi Dei vasa.

Jeremias epistolam ad captivos dirigit.

3407 Crœsus Halyattis Lydorum regis filius, nascitur. 593

3408 Hananias pseudo-propheta, omnia vasa templi Jerosolymam reportanda prædicit: contra verò Jeremias. 592

3409 Saraias & Baruch à rege Sedecia Babyloniam mittuntur. 591

Ezechiel in Babylonia prophetare incipit.

Cyaxares rex Medorum moritur. Succedit Astyages, regnat annis 35.

3410 Psammis rex Ægypti moritur. Succedit filius Apries; regnat 25. annis. 590

3411 Ezechiel Jerosolymæ captionem & ruinam, Judæorum dispersionem variis typis prædicit. 589

Sedecias secretò cum rege Ægyptiorum fœdus init, ad excutiendum jugum Chaldæorum.

3413 Battus rex Cyrenensium moritur. Succedit Arcesilaus; regnat annis 16. 587

3414 Sedecias palam contra Nabuchodonosor rebellat. 586

Nabuchodonosor Jerosoymam obsidet annis 3.

Pharao Ephree, seu Apriæ regi Ægypti, suppetias Sedeciæ regi Juda ferenti, occurit Nabuchodonosor, eumque in Ægyptum pellit.

Jeremias in Judæa, & Ezechiel in Babylonia, Jerosolymæ ruinam prophetant.

Pittacus Mitylenus, septem Sapientium unus, Phrynonem singulari prælio vincit.

Periander Corinthius, è septem Sapientium numero, floret.

3415 Prophetiæ Ezechielis contra Ægyptum. 585

Jeremias in carcerem, dein in atrium carceris mittitur.

3416 Ezechiel Tyri excidium denuntiat, & Ægypti ruinam. 584

Jerusalem à Nabuchodonosor expugnatur anno undecimo Sedeciæ.

Anni Mundi.		Anni ante Christum.
3416	Sedecias fugiens comprehenditur, excœcatur, Babylonem portatur.	584
	Jerusalem & Templum Domini incenduntur.	
	Initium Lxx. annorum captivitatis.	
	Finis regni Juda post annos 468. ab initio regni Davidis; & 388. à separatione Juda ab Israel; ab excidio regni Israel 134.	
	Jeremias absolvitur, & in terra Juda habitare permittitur.	
	Godolias in terra Juda reliquiis populi præficitur.	
3417	Godolias à Nathanael occiditur.	583
	Judæi residui fugam in Ægyptum meditantes, à Jeremia deterrentur. Nihilominus in Ægyptum proficiscuntur.	
	Jeremias excidium Ægypto à Nabuchodonosor inferendum prænuntiat.	
	Ezechiel ruinam Ægyptiorum prophetat.	
3419	Tyrus à Nabuchodonosor obsidetur per annos 13.	581
	Abdias adversus Idumæum prophetat.	
3427	Tarquinius priscus moritur. Succedit Servius Tullius.	573
3429	Arcesilaus rex Libyæ moritur. Succedit Battus, cognomento Eudæmon, filius.	571
3430	Ezechiel restitutionem Templi, urbis & regni Israelitarum prædicit.	570
	Ægyptii ab Aprio rege deficiunt, & Amasim regem constituunt.	
3432	Tyrus in potestatem Nabuchodonosor venit.	568
	Ithobalus rex Tyri destituitur. Succedit Baal prorex per 10. annos.	
	Nabuchodonosor Ægypto bellum infert.	
3433	Ægyptus à Nabuchodonosor vastatur. Ægyptii plurimi in captivitatem ducuntur.	567
	Nabuchodonosor Babylonem revertitur.	
3434	Somnium Nabuchodonosor de Arbore mirabili excidenda, à Daniele explicatur.	566
3435	Nabuchodonosor in bovem se transformatum existimans, à suis expellitur, & per 7. annos cum feris vescitur.	565
	Apries rex Ægypti, ab Amasi vincitur, & strangulatur. Succedit Amasis ad annos 44.	
3442	Cræsus in Lydia Halyatti patri succedit; regnat annis 14.	558
3443	Nabuchodonosor in pristinum statum restitutus regno potitur.	557
3444	Ingentem statuam erigit, & adorari jubet.	556

Anni Mundi.		Anni ante Christum.
3444	Deniel cum tribus sociis in fornacem ardentem injicitur.	556
	Solon philosophus circa hæc tempora ad Crœsum venit.	
	Æsopus Phryx fabularum conditor, apud Crœsum in honore habetur. Sardibus Delphos profectus, è rupe præcipitatur; circa Olympiad. 54.	
	Nabuchodonosor moritur. Succedit Evilmerodach filius; regnat annis 2.	
3445	Evilmerodach à Nerigliffoto sororis marito occiditur. Succedit Baltasar.	555
	Visio Danielis de quatuor animalibus mysticis; *Dan. vij.*	
	Solon Philosophus moritur in Cypro.	
3446	Cyrus regium nomen assumit; Medos in libertatem asserit.	554
3448	Balthasaris convivium sacrilegum. Eâdem nocte occiditur. Darius Medus succedit.	552
3449	Prophetia de Lxx. hebdomadibus Danielis.	551
3450	Darius Medus vetat à quoquam Deorum quidpiam petere, præterquam à se.	550
	Daniel in lacum leonum projicitur.	
	Cyrus in Medos Chaldæosque bellum movet.	
	Astyages avum maternum vincit, Hircanisque præesse jubet.	
3455	Cyrus Crœso Lydiorum regi bellum infert. Crœsus vincitur; à Cyro servatur.	545
3456	Darius Medus Babyloniorum rex, in Babylone expugnatur, in regno conservatur annis 2.	544
3457	Thales Milesius moritur.	543
	Anaximander Milesius moritur circa hæc eadem tempora. Succedit in schola Anaximenes Milesius.	
	Pythagoras Philosophus floret.	
	Cyrus Judæos liberos in patriam redire permittit.	
	Historia Belis & Draconis à Daniele interfectorum.	
3458	Judæi in patriam reduces, sacra in templo Dei instaurant.	542
3470	Visio Danielis, de regum Persicorum, & Alexandri Magni successoribus. *Dan. x. xi. xij.*	530
3471	Servius Tullius moritur. Succedit Tarquinius Superbus.	529
3475	Cyrus septuagenerius vitâ fungitur. Succedit Cambyses fil us natu major. Regnat annis 8.	525
476	Chutæi, seu Samaritani, à Cambyse obtinent ut Judæi ab incœpto Templi ædificio abstineant.	524
478	Cambyses in Ægyptios bella movet.	522

Anni Mundi.		Anni ante Christum.
3478	Bellum quinquennale adversùs Ægyptum.	522
3479	Arcesilaüs Libyorum rex, Cyrenem Cambisi tradit.	521
	Pythagoram in Persiam ex Ægypto deportatum ajunt.	
3480	Cambyses Smerdim fratrem natu minorem, occidi jubet. Adversùs Æthiopes bellum parat. Regredi in AEgyptum cogitur. Apim AEgyptiorum Deum ense confodit.	520
3481	Crœsus, olim Lydorum rex, à Cyro occcidi jubetur, sed à satellitibus servatur. Servatum quidem non molestè tulit, at Satellites capite plectit.	519
3482	Smerdis magus, Persarum regnum occupat, fingens se Smerdim Cambysis fratrem.	518
	Cambyses moritur. Saccedunt septem Magi, è quibus Smerdis solus regium nomen habebat.	
	Artaxata magus templum Jerosolymitanum ædificari vetat.	
	Conspiratio in Magos. Magi regni invasores occiduntur.	
	Darius filius Hystaspis, rex à cæteris agnoscitur. Regnat annis 36. Athossam Cyri filiam uxorem ducit.	
3484	Aggæus prophetare incipit Judæos desidiæ incusat ob neglectam templi ædificationem.	516
3485	Judæi templo ædificando iterùm manus admovent. Zacharias incipit prophetare.	515
3486	Darius, Hystaspis filius, edicto Judæis templum ædificare permittit.	514
	Hic finis lxx. annorum captivitatis, anno 3416. incœptorum.	
3487	Convivium Darii, seu Assueri, in quo repudiatur regina Vasthi.	513
3488	Esther eligitur in sponsam Darii regis.	512
3489	Dedicatio templi Jerosolymitani, à Zorobabel ædificati.	511
3490	Esther ingreditur ad regem Darium, sitque sponsa illius, & regina.	510
3494	Aman filius Amadathi, à rege Dario exaltatur.	506
3495	Aman à Dario edictum obtinet de perdenda Judæorum gente.	505
	Tarquinius superbus occiditur.	
3496	Esther, suadente Mardochæo, à rege Dario hujus edicti revocationem obtinet.	504
	Aman suspenditur in patibulo, quod Mardochæo paraverat.	

Anni Mundi		Anni ante Christum
3496	Judæi in tota Perside ultionem in hostes exercent.	504
3499	Festum Purim, seu Sortium, à Judæis institutum.	501
3500	Bellum Romanorum cum Porsenna rege Hetruscorum.	500
	Bellum Darii adversùs Naxum, Parum & Andrum insulas.	
	Bellum Romanorum cum Sabinis & Aruntiis.	
3501	T. Lartius Flavus, primus Dictator Romæ creatur.	499
3502	Bellum Romanorum adversùs Latinos.	498
	Posthumius Dictator victoriam reportat.	
	Aristagoras à Dario deficit.	
3503	Aristagoras Milesius viginti naves ab Atheniensibus, Ionibus rebellibus auxilio futuras, obtinet.	497
3504	Bellum Aristagoræ adversùs Persas Sardeis incolentes.	496
3505	Persarum satrapæ Ionas persecuti, plures urbes in Asia minore sibi acceperunt.	495
3506	Aristagoras Milesius, harum turbarum author, occiditur.	494
3507	Persæ ingenti exercitu Ionas aggrediuntur; navali prælio fugant; Miletum expugnant, & solo æquant.	493
3508	Iones & Cares iterùm à Persis in servitutem redacti.	492
	Mardonius dux Persarum, in Græcos bellum gerit.	
3510	Seditio Romæ inter Senatum & plebem.	490
3511	Creatio Tribunorum plebis Romæ.	489
	Darius à Græcis terram & aquam peti jubet.	
3512	Demaratus Lacedæmoniorum rex, ad Darium confugit.	488
3513	Mardonius Persarum dux, à Dario præfecturâ amovetur. Datis & Artaphernes cum ingenti exercitu in Græcos mittuntur.	487
3514	Coriolum à Marcio Coriolano capitur.	486
	Persæ à Miltiade vincuntur.	
3515	Coriolanus cum exercitu Volscorum Romam accedit.	485
3517	Ægyptii à Persis deficiunt.	483
	Lex Agraria Romæ à Cassio proponitur.	
	Volsci & Hernici in fugam versi.	
3519	Cassius mortis damnatur, accusatus quod rex Romæ fieri vellet.	481
	Xerxes à Dario patre, expeditionem in Athenienses & Ægyptios parante, declaratur rex.	
	Darius filius Hystaspis, rex Persarum, moritur.	

Anni Mundi		Anni ante Christum.
3520	Xerxes rex Persarum Ægyptios rebelles in ordinem redigit.	480
	Herodotus Historiæ pater, Halicarnassi in Caria nascitur.	
	Volsci & Equi ab Æmilio Conf. vincuntur.	
3521	Initium belli Veiensium cum Romanis.	479
3523	Xerces cum ingentibus copiis in Grecos proficiscitur.	477
3524	Terrestre prælium ad Thermopylas; navale ad Eubϖæ promontorium commissum est, in quo Persæ malè habiti.	476
	Victoriæ Salaminia & Marathonia, à Græcis reportatæ.	
	Xerces ex Europa in Asiam redit.	
3525	Pugna Platensis, in qua Pausaniâ Lacædemonio duce, Persæ vincuntur.	475
	Ionia à Persis deficit.	
	Xerxes Sardibus in Persiam revertitur.	
	Familia Fabiorum bellum in Veientes in se suscipit.	
3526	Athenienses Sestum obsident, & expugnant.	474
3527	Fabii trecenti à Veientibus cęsi.	473
	Veientes Janiculum occupant.	
	Expeditio Pausaniæ in Cyprum.	
3528	Bizantium à Pausania expugnatur.	472
	Veientes vincuntur. Janiculum recipitur à Romanis.	
3529	Pausanias à suis accusatus; Bizantio Lacedæmoniam redire coactus est.	471
	Veientes & Sabini à Valerio vincuntur.	
3530	Pausanias proditionis convictus, fame mori compellitur.	470
	Imperium seu principatus Græciæ, à Lacedæmoniis ad Athenienses transfertur.	
3531	Xerxes noctu à septem conjuratis occiditur. Artaxerces succedit, cognomento Longi-manus; regnat annis 41.	469
	Themistocles ad Persas confugere nititur.	
3532	Pugna inter Persas & Bactros, in qua victores Persæ.	468
3533	Cimon Miltiadis filius, Græcorum contra Persas dux constituitur.	467
	Lex à Volerone lata, de creandis è plebe magistratibus.	
3534	Persæ à Græcis eodem die terrestri, navalique prælio funduntur.	466
3535	Pericles principatum apud Athenienses obtinet.	465

Anni Mundi.		*Anni ante Christum.*
3536	Quintius Volscorum & Ecquorum copias fundit. Antium urbem capit.	464
3537	Esdras in Jerusalem ab Artaxerce mittitur.	463
3538	Esdras Judæorum mores corrigit.	462
	Themistocles Magnesiæ moritur.	
3544	Ægyptii duce Inaro à Persis deficiunt.	456
3545	Achemenides Artaxercis frater, exercitum in Ægyptios ducit. Vincitur ab Atheniensibus, qui tum Ægyptiis opem tulerunt.	455
3546	Artaxerces Lacedæmonios frustra ad bellum Atheniensibus inferendum sollicitat.	454
	Ecqui & Sabini à Romanis victi.	
3547	Artabazus & Megabysus Persæ, ab bellum Ægyptiacum imperatores destinantur.	453
3548	AEgyptii à Persis victi, in Prosopitidem Nili insulam se recipiunt, ibique annum & sex menses obsidentur.	452
	Ludi Sæculares Romæ instituti.	
3550	Nehemias ab Artaxerce in Judæam mittitur; urbis Jerusalem muros & portas restituit.	450
	AEgyptus in potestatem Artaxercis redigitur.	
	Muri Jerusalem dedicatio cum jucunditate perficitur.	
3551	Fœdus Israëlitarum cum Domino renovatur.	449
	Mulieres alienigenæ remittuntur.	
3553	Decemviri Romæ creati.	447
3554	Cimon Atheniensium imperator, cum classe in Cyprum mittitur.	446
3555	Bellum sacrum Lacedæmoniorum pro templo Delphico.	445
	Cimon dux Atheniensis moritur.	
	Pax inter Athenienses & Persas.	
	Seditio Romæ ob Decemviros.	
	Populus in montem sacrum secedit.	
	Decemviri magistratum deponunt. Consules & Tribuni Romæ restituuntur.	
3556	Megabysus à rege Persarum deficit, ob injustè necatos Inarum & Græcos.	444
3557	Lacedæmonii in Atticam irrumpunt. Tolmidas Cheroneam capit. Occiditur ad Coroneam.	443
	Victoria à Megabyso adversùs Osirim Persarum ducem reportatur.	
3558	Megabysus iterùm victor, in pugna adversus Persas, duce Menortane.	442

Anni Mundi.		Anni ante Christum.
3558	Induciæ 30. annorum inter Athenienses & Lacedæmonios.	442
3559	Herodotus libros in concilio Atheniensium legit.	441
3561	Censores Romæ instituuntur.	439
3562	Nehemias ab Jerosolymis ad regem Artaxercem redit.	438
3563	Megabysus Persa moritur.	437
3564	Bellum inter Samios & Milesios ob Prienen.	436
3565	Pericles Samum expugnat.	435
	Belli Corinthiaci initium contra Corcyrios.	
3567	Tribuni militares Romæ creantur.	433
	Veii & Fidenates à Mamerco Æmilio vincuntur.	
3569	Corinthii ab Atheniensibus victi, Potidæam ad defectionem inducunt.	431
	Fidenæ ab Aulo Servilio dictatore capiuntur.	
3572	Methon Atheniensis, cyclum lunarem annorum instituit.	428
3573	Arcesilaüs Cyrenensium rex, à suis occiditur.	427
	Belli Peloponesiaci initium inter Lacedæmonios & Athenienses.	
3574	Pestis horrenda à Thucydide descripta.	426
3576	Pericles dux Atheniensium moritur.	424
3577	Anaxagoras Milesius moritur.	423
3579	Artaxerces Longimanus moritur. Succedit Xerces ad annum unum duntaxat.	421
3580	Xerces Persarum rex, à Secundiano fratre, & Pharnaxa eunucho occiditur.	420
	Nehemias moritur.	
3581	Secundianus, seu Sogdianus, occiditur. Ochus, seu Darius Nothus, frater, regnat in Babylone.	419
3585	Servorum conjuratio Romæ detecta.	415
3586	Servilius dictator Ecquos vincit; urbem Lavinium capit.	414
3590	Pissuthnes Lydiæ satrapa, à Dario rege deficit. Capitur, & in cinerem projicitur.	410
3591	Societas prima Lacedæmoniorum cum Persis.	408
3592	Fœdus secundum Lacedæmoniorum cum Persis.	407
	Quadraginta Tyranni Athenis constituti,	
	Dionysius senior regnat Athenis.	
3595	Annibal Selinuntem & Imerium in Sicilia capit.	405
	Lacedæmonii Pylas capiunt; Theramenes Chalcedonem; Alcibiades Bizantium occupant.	

Anni Mundi.		Anni ante Christum.
3596	Volsci à Romanis vincuntur.	404
	Alcibiades Athenas redit.	
3597	Cyrus junior, à patre Dario Notho oræ maritimæ præficitur, ut in bello contra Athenienses Lacedæmoniis sese adjungat.	403
	Carthaginenses Agrigentum in Sicilia capiunt.	
	Alcibiades summus dux belli ab Atheniensibus creatur.	
3599	Veiæ à Romanis obsidentur.	401
	Athenæ à Lysandro obsidentur.	
	Dionisius tyrannidem Syracusis usurpat.	
3600	Darius Nothus rex Persarum moritur. Succedit Artaxerces filius; regnat annis 43.	400
	Alcibiades occiditur, & crematur.	
	Athenæ à Lysandro capiuntur.	
3601	Quadraginta Tyranni Athenis abolentur.	399
	Finis belli Peloponesiaci.	
3602	Cyrus junior bellum fratri Artaxerci clam parat.	398
3603	Cyrus adversùs Artaxercem bellum movet; in pugna occiditur. Græci, Cyri auxiliares, in Græciam, agmine facto, invicti redeunt.	397
3608	Urbs Vejæ à Romanis capitur.	392
	Dionysius Tyrannus Carthaginenses terrâ marique vincit.	
	Initium Belli Boëtiorum contra Lacedæmonios.	
3610	Pugna celebris ad Cnidum, in qua Pharnabasus & Conon, adversùs Pisandrum & Lacedæmonios victores extiterunt.	390
	Pugna ad Coroneam, inter Lacedæmonios & Boëtios.	
3611	Conon Atheniensis moritur.	398
	Magon Carthaginensis cum Dionysio pacem facit.	
3613	Evagoras rex Salaminius, totam ferè Cyprum in suam ditionem redigit.	387
3614	Galli Romam occupant; à Camillo pelluntur.	386
3617	Pax inter Persas & Græcos: ab Antalcida conciliata.	383
3618	Bellum Artaxercis in Evagoram Cypri regem. Evagoras vincitur, & anno sequenti Cypro spoliatur.	382
3620	Artaxerces bellum Cadusiis infert.	380
	Marcus Manlius regnum Romæ affectans, morte afficitur.	
3621	Dionysius Sicilię tyrannus, bellum contra Carrhaginenses renovat; mox pacem facit.	379
3627	Acoris Ægypti rex, adversùs Persas bellum parat.	373

Anni Mundi.		Anni ante Christum.
3627	Volsci, Antiates & Latini à Romanis vincuntur.	373
	Hecatomnus rex Curiæ moritur. Succedit Mausolus, Artemisiæ sororis conjux; regnat annis 24.	
3628	Acoris rex Ægypti moritur. Succedit Psammuthis	372
3629	anno uno. Post hunc, Nepherites, ultimus Mendesiorum rex, menses quatuor; quem excepit Nectanabis primus Sebennitarum rex.	371
3630	Artaxerxes bellum Ægyptiis infert. Persæ ex Ægypto discedere coguntur.	370
	Nicocles, obtruncato per insidias Evagorâ, Salaminiæ rex efficitur.	
3633	Pax inter Græcos Persasque confirmatur, exceptis Thebanis.	379
3634	Epaminondas dux Lacedæmoniorum, Thebanos vincit ad Leuctram.	366
3636	Dionysius junior patri succedit in tyrannide Syracusana.	364
	Timagoras ab Atheniensibus morte afficitur, quod regi Persarum adulatus esset.	
3638	Pax inter Thebanos & Lacedæmonios, Artaxerxe suadente.	362
	Eudoxus Cnidius & Plato philosophus in Ægyptum veniunt.	
	Luc. Sextius, primus Consul è gente plebeiorum Romæ creatur.	
3641	Mithridates rex Ponti moritur. Ariobarzanes Phrygiæ satrapa, regnum ejus occupat.	359
	Pugna Mantinea, in qua Epaminondas Thebanorum victor.	
3642	Agesilaüs rex Lacedæmoniorum, in Ægyptum proficiscitur.	358
3643	Nectanebis I. rex Æhypti, regno exuitur. Succedit alter Nectanebis.	357
	Agesilaüs rex Lacedæmoniorum moritur.	
	Artaxerces Mnemon moritur. Succedit filius Ochus.	
3644	Artaxerces Ochus à suis rex salutatur.	356
	Galli ad portam Collinam Romæ victi.	
3645	Bellum Atheniensium & Sociorum, contra defectores.	355
	Tiburtini noctu Romam occupare aggressi, pelluntur.	
3646	Philippus rex Macedoniæ regnat.	
	Phæcenses templum Delphicum diripiunt.	354
	C. Sulpitius Gallos cædit.	
3647	Dionysius à Dione tyrannide exuitur.	343

3648 Alexander Macedo, qui postea Magnus dictus est, nascitur. 352

Ephesi Templum conflagrat.

Artabasus Persa, ab Ocho deficit; Ochi satrapas 70. vincit.

3649 Bellum sacrum Romanum. 351

3650 Calippo occiso, Dionysius tyrannidem Syracusanorum invadit. 350

3651 Mausolus Cariæ regulus moritur, Artemisia soror & conjux, ad biennium succeffit, mariti cineres ebibit, mausolæum construxit. 349

Theopompus, Theodectes & Navirates florent.

Dictator Manlius Tarquinianos vincit.

3653 Artemisia regina Cariæ moritur. Succedit Hidricus annis 7. 347

Phænices à Persis deficiunt; Persarum satrapas fugant.

Artaxerces Ochus adversùs Phænices arma movet; Teunen Sidoniorum regem interficit; Sidonios ad sese comburendum cum opibus in urbe cogit.

Iericho ab Ocho expugnatur.

3654 Ochus Ægyptum ingreditur; Nectanebum regem in Æthiopiam pellit. 346

Finis regni Ægyptiaci. Pherendates satrapa Ægypto præficitur.

Judæorum plurimi ex Ægypto in Hyrcaniam & Babylonem ab Ocho deportantur.

3656 Plato philosophus celeberrimus moritur. 344

Aristoteles discipulus floret; in Asiam transit.

3657 Dionysius tyrannus Syracusas denuò invadit. 343

3658 Finis belli sacri Romani. 342

3660 Hidricus Cariæ dynasta moritur. Succedit soror & conjux Ada; regnat annis 4. 340

Nectanebus II. Ægypti regno spoliatur ab Ocho Persarum rege.

Pax Faliscis & Tarquiniis à Romanis concessa ad 20. annos.

3661 Samnites à Valerio, deinde à Cornelio vincunrur. 339

3662 Seditio militum Capuæ degentium sedatur. 338

3663 Plautius Consul Pivernates, Volscos & Antiates vincit. 337

3664 Pexodarus Adæ in dynastia Cariæ succedit. 336

Bellum inter Romanos & Latinos. Romani prælio vincuntur.

Perinthus à Philippo Macedoniorum rege obsidetur.

Timoleon

Anni Mundi		Anni ante Christum
	Timoleon Pœnos in Sicilia vincit, indeque tyrannos expellit.	
	Pugna Cheronæa, in qua Philippus rex Macedoniæ, Athenienſes Beotiosque ſuperat.	
3666	Artaxerces ab eunucho veneno interficitur. Succedit Arſen, filiorum natu minimus.	334
3667	Philippus rex Macedoniæ, totius Græciæ Imperator, ad bellum Perſicum eligitur.	333
	Ariobarzanes rex Ponti moritur poſt 26. annos; ſuccedit Mithridates ad annos 35.	
3668	Arſen rex Perſarum interficitur; Darius Codomannus ſuccedit.	332
	Darius Sanaballatem in Samariam mittit.	
	Philippus rex Macedoniæ occiditur. Succedit Alexander filius; regnat 12. annis 8. menſibus.	
3669	Alexander Macedo, communi Græcorum ſuffragio, imperator ad bellum Perſicum eligitur.	331
3670	Alexander Triballos & Illyricos vincit; Thebas Beotias ſolo æquat.	330
	In Aſiam trajicit; Troiam inviſit: Granico flumine Phrygiæ trajecto, Darii copias vincit; Sardes occupat; Epheſum viſitat; Miletum expugnat; Aſiam minorem ſubigit.	
3671	Memnon à Dario Condomanno dux belli adversùs Græcos creatur.	329
	Alexander Cariam, Phrygiam, Lyciam, Pamphyliam in poteſtatem redigit.	
	Memnon Rhodius Chiam inſulam poditione capit.	
	Manaſſes Jaddi Judeorum Pontificis frater, ad Sanaballatem Samaritanum ſe recipit.	
	Memnon Rhodius in Mitylenes obſidione moritur.	
	Darius ingentes copias colligit adversùs Alexandrum.	
	Alexander Cilicià potitur.	
3672	Victoria Alexandri in Darium ad Iſſum. Darius fugâ vix elabitur.	328
	Alexander Syriam Phæniciamque occupat. Tyrum obſidet ſeptem menſibus. Urbis ſolo æquatur.	
	Sanaballates templum Garizim, permittente Alexandro ædificat, cui generum Manaſſen præficit.	
	Alexander Jeroſolymam venit. Judæos benignè excipit, ſuis legibus vivere permittit.	
	Jaddus Summus Pontifex moritur anno 3682.	

Alexander Gazam expugnat, & diruit.

3673 Alexander Ægypto potitur; Alexandriam condit. 327

Cyrenen occupat. Ammonis oraculum consulit. Ad Palestinam & Phœniciam revertitur. Samariam capit; ad Euphratem contendit.

3674 Darius Alexandro conditiones pacis offert. 326

Pugna Arbellensis, seu Gangamelensis, ubi Darius victus & fugatus est.

Darius à Besso lethaliter sauciatus moritur.

Alexander Babylonem, mox Susas pervenit, dein Persepolim, quam flammis donat. Uxios, Medos, Cadusios, &c. in deditionem recipit.

3675 Bessus Alexandro obsistere volens, à suis deseritur; Alexandro traditur. 325

Alexander Tanai trajecto Scythas fugat.

Sogdiani Alexandro subjiciuntur.

3676 Sogdiani rursus ab Alexandro subiguntur. 324

Alexander Clitum interficit.

Roxanem uxorem ducit.

Callisthenem proditionis reum in vincula conjicit.

Agrianos, aliosque populos domat.

3677 Itali circa Neapolim habitantes bellum Romanis inferunt. 323

Alexander bellum in Assacenos movet. Petram Aornon superat. Ad Indum flumen pervenit.

Indo trajecto, Alexander quosdam Indorum Reges ad deditionem cogit.

Porus ab Alexandro vincitur & capitur; tum in regno restituitur.

Bucephalus Alexandri Equus moritur. Urbs Bucephalia ipsius nomine insignitur.

Cathæi Alexandro obedire detrectant. In urbe Sangala obsidentur. Urbs capitur.

Ad ripas Hisphasis fluminis, 12. Aris erectis, Alexander ex India recedit ad Hydaspem fluvium.

3678 Romani Samnitibus bellum inferunt. 322

Alexander confectis navibus per Hydaspem, Oceanum invisere statuit.

Cœnus Alexandri amicus moritur.

Alexander Mallos & Oxidracas subigit.

Sogdas & Massanos in fidem recipit.

Indum fluvium rursus repetit. Ad Oceanum pervenit.

3679 Nearchus Alexandri classem in sinum Persicum adducit. 321

3679 Alexander terrestri itinere ad ostia Euphratis, tum adverso flumine Babylonem pervenit. 321
Inde Persepolim, regiam Persarum urbem, quam incendio concremavit.
Calanus Indus precibus ab Alexandro contendit, ut conscenso rogo se ipse cremaret.
Alexander Susâ proficiscitur.
Statiram Darii filiam natu majorem, uxorem ducit; & præter hanc, aliam Parysatim Ochi natu minimam.
Romani Samnitibus bellum inferunt.
3680 Alexander Ecbatana Mediæ Metropolim venit. 320
Hephestion unus ex Alexandri præcipuis Ducibus & amicis moritur.
Alexander expeditionem in Cossæos suscipit.
Babylonem venit, Legatos undique advenientes excipit; Hephestionis funus curat.
3681 Fabius Samnitas prælio vincit. 319
Alexander Magnus Babylone moritur, ex temulentia, annos natus 32.
Imperium Aridæo fratri commissum; Perdiccæ Regni administratio; exercitûs cura Meleagro; equitatûs Seleuco; Regni & regiæ pecuniæ cura Cratero credita.
Roxane Alexandri uxor, Statiram ejusdem Alexandri uxorem necat; ipsa Roxane Filium parit, quem mox exercitus Regem salutat, & Alexandrum nominat.
Testamentum ab Alexandro factum, non pauci prodidêre.
Provinciarum inter Principes hæc à Perdicca facta distributio est:
Lysimacho Agathoclis filio, quicquid in Europa, Thracia, Chersoneso, &c. commissum est.
Quicquid in Africa, Ægypto, Cyrene, Ptolemæo Lagi filio.
In minori Asia, Cappadocia, Paphlagonia, &c. Eumeni Cardiano sunt assignatæ.
In majori Asia, Syria cum Phœnice Laomedonti Mityleneo traditæ.
Armeniæ Neoptolemus; Mesopotamiæ Arcesilaus; Babyloniæ Archon præfectus est.
Mediæ Atropalus; Bactrianæ citerioris & Sogdianæ Philippus; Persidis Satrapiæ Peucestes; Hircaniæ & Parthiæ Phrataphernes; Carmaniæ Tlepolemus; Ariæ & Drangianæ Strasanor solius; Susianæ Scynus; Arachosiæ & Gedrosiæ

3444	Daniel cum tribus sociis in fornacem ardentem injicitur.	556
	Solon philosophus circa hæc tempora ad Crœsum venit.	
	Æsopus Phryx fabularum conditor, apud Crœsum in honore habetur. Sardibus Delphos profectus, è rupe præcipitatur, circa Olympiad. 54.	
	Nabuchodonosor moritur. Succedit Evilmerodach filius; regnat annis 2.	
3445	Evilmerodach à Neriglissoro sororis marito occiditur. Succedit Baltasar.	555
	Visio Danielis de quatuor animalibus mysticis; *Dan. vij.*	
	Solon Philosophus moritur in Cypro.	
3446	Cyrus regium nomen assumit; Medos in libertatem asserit.	554
3448	Balthasaris convivium sacrilegum. Eàdem nocte occiditur. Darius Medus succedit.	552
3449	Prophetia de Lxx. hebdomadibus Danielis.	551
3450	Darius Medus vetat à quoquam Deorum quidpiam petere, præterquam à se.	550
	Daniel in lacum leonum projicitur.	
	Cyrus in Medos Chaldæosque bellum movet.	
	Astyages avum maternum vincit, Hircanisque præesse jubet.	
3455	Cyrus Crœso Lydiorum regi bellum infert. Crœsus vincitur; à Cyro servatur.	545
3456	Darius Medus Babyloniorum rex, in Babylone expugnatur, in regno conservatur annis 2.	544
3457	Thales Milesius moritur.	543
	Anaximander Milesius moritur circa hæc eadem tempora. Succedit in schola Anaximenes Milesius.	
	Pythagoras Philosophus floret.	
	Cyrus Judæos liberos in patriam redire permittit.	
	Historia Belis & Draconis à Daniele interfectorum.	
3458	Judæi in patriam reduces, sacra in templo Dei instaurant.	542
3470	Visio Danielis, de regum Persicorum, & Alexandri Magni successoribus. *Dan. x. xi. xij.*	530
3471	Servius Tullius moritur. Succedit Tarquinius Superbus.	529
3475	Cyrus septuagenerius vitâ fungitur. Succedit Cambyses fil us natu major. Regnat annis 8.	525
476	Chutæi, seu Samaritani, à Cambyse obtinent ut Judæi ab incœpto Templi ædificio abstineant.	524
478	Cambyses in Ægyptios bella movet.	522

Anni Mundi.		Anni ante Christum.
3478	Bellum quinquennale adversùs Ægyptum.	522
3479	Arcesilaüs Libyorum rex, Cyrenem Cambisi tradit.	521
	Pythagoram in Persiam ex Ægypto deportatum ajunt.	
3480	Cambyses Smerdim fratrem natu minorem, occidi jubet. Adversùs Æthiopes bellum parat. Regredi in AEgyptum cogitur. Apim AEgyptiorum Deum ense confodit.	520
3481	Crœsus, olim Lydorum rex, à Cyro occcidi jubetur, sed à satellitibus servatur. Servatum quidem non molestè tulit, at Satellites capite plectit.	519
3482	Smerdis magus, Persarum regnum occupat, fingens se Smerdim Cambysis fratrem.	518
	Cambyses moritur. Saccedunt septem Magi, è quibus Smerdis solus regium nomen habebat.	
	Artaxata magus templum Jerosolymitanum ædificari vetat.	
	Conspiratio in Magos. Magi regni invasores occiduntur.	
	Darius filius Hystaspis, rex à cæteris agnoscitur. Regnat annis 36. Athossam Cyri filiam uxorem ducit.	
3484	Aggæus prophetare incipit Judæos desidiæ incusat ob neglectam templi ædificationem.	516
3485	Judæi templo ædificando iterùm manus admovent. Zacharias incipit prophetare.	515
3486	Darius, Hystaspis filius, edicto Judæis templum ædificare permittit.	514
	Hic finis lxx. annorum captivitatis, anno 3416. incœptorum.	
3487	Convivium Darii, seu Assueri, in quo repudiatur regina Vasthi.	513
3488	Esther eligitur in sponsam Darii regis.	512
3489	Dedicatio templi Jerosolymitani, à Zorobabel ædificati.	511
3490	Esther ingreditur ad regem Darium, fitque sponsa illius, & regina.	510
3494	Aman filius Amadathi, à rege Dario exaltatur.	506
3495	Aman à Dario edictum obtinet de perdenda Judæorum gente.	505
——	Tarquinius superbus occiditur.	
3496	Esther, suadente Mardochæo, à rege Dario hujus edicti revocationem obtinet.	504
	Aman suspenditur in patibulo, quod Mardochæo paraverat.	

Anni Mundi.		Anni ante Christum.
3496	Judæi in tota Perside ultionem in hostes exercent.	504
3499	Festum Purim, seu Sortium, à Judæis institutum.	501
3500	Bellum Romanorum cum Porsenna rege Hetruscorum.	500
	Bellum Darii adversùs Naxum, Parum & Andrum insulas.	
3501	Bellum Romanorum cum Sabinis & Aruntiis.	499
	T. Lartius Flavus, primus Dictator Romæ creatur.	
3502	Bellum Romanorum adversùs Latinos.	498
	Posthumius Dictator victoriam reportat.	
	Aristagoras à Dario deficit.	
3503	Aristagoras Milesius viginti naves ab Atheniensibus, Ionibus rebellibus auxilio futuras, obtinet.	497
3504	Bellum Aristagoræ adversùs Persas Sardeis incolentes.	496
3505	Persarum satrapæ Ionas persecuti, plures urbes in Asia minore sibi acceperunt.	495
3506	Aristagoras Milesius, harum turbarum author, occiditur.	494
3507	Persæ ingenti exercitu Ionas aggrediuntur; navali prælio fugant; Miletum expugnant, & solo æquant.	493
3508	Iones & Cares iterùm à Persis in servitutem redacti.	492
	Mardonius dux Persarum, in Græcos bellum gerit.	
3510	Seditio Romæ inter Senatum & plebem.	490
3511	Creatio Tribunorum plebis Romæ.	489
	Darius à Græcis terram & aquam peti jubet.	
3512	Demaratus Lacedæmoniorum rex, ad Darium confugit.	488
3513	Mardonius Persarum dux, à Dario præfecturâ amovetur. Datis & Artaphernes cum ingenti exercitu in Græcos mittuntur.	487
3514	Coriolum à Marcio Coriolano capitur.	486
	Persæ à Miltiade vincuntur.	
3515	Coriolanus cum exercitu Volscorum Romam accedit.	485
3517	Ægyptii à Persis deficiunt.	483
	Lex Agraria Romæ à Cassio proponitur.	
	Volsci & Hernici in fugam versi.	
3519	Cassius mortis damnatur, accusatus quod rex Romæ fieri vellet.	481
	Xerxes à Dario patre, expeditionem in Athenienses & Ægyptios parante, declaratur rex.	
	Darius filius Hystaspis, rex Persarum, moritur.	

Anni Mundi		Anni ante Christum.
3520	Xerxes rex Persarum Ægyptios rebelles in ordinem redigit.	480
	Herodotus Historiæ pater, Halicarnassi in Caria nascitur.	
	Volsci & Equi ab Æmilio Conf. vincuntur.	
3521	Initium belli Veiensium cum Romanis.	479
3523	Xerces cum ingentibus copiis in Grecos proficiscitur.	477
3524	Terrestre prælium ad Thermopylas; navale ad Eubœæ promontorium commissum est, in quo Persæ malè habiti.	476
	Victoriæ Salaminia & Marathonia, à Græcis reportata.	
	Xerces ex Europa in Asiam redit.	
3525	Pugna Platensis, in qua Pausaniâ Lacædemonio duce, Persæ vincuntur.	475
	Ionia à Persis deficit.	
	Xerxes Sardibus in Persiam revertitur.	
	Familia Fabiorum bellum in Veientes in se suscipit.	
3526	Athenienses Sestum obsident, & expugnant.	474
3527	Fabii trecenti à Veientibus cęsi.	473
	Veientes Janiculum occupant.	
	Expeditio Pausaniæ in Cyprum.	
3528	Bizantium à Pausania expugnatur.	472
	Veientes vincuntur. Janiculum recipitur à Romanis.	
3529	Pausanias à suis accusatus; Bizantio Lacedæmoniam redire coactus est.	471
	Veientes & Sabini à Valerio vincuntur.	
3530	Pausanias proditionis convictus, fame mori compellitur.	470
	Imperium seu principatus Græciæ, à Lacedæmoniis ad Athenienses transfertur.	
3531	Xerxes noctu à septem conjuratis occiditur. Artaxerces succedit, cognomento Longi-manus; regnat annis 41.	469
	Themistocles ad Persas confugere nititur.	
3532	Pugna inter Persas & Bactros, in qua victores Persæ.	468
3533	Cimon Miltiadis filius, Græcorum contra Persas dux constituitur.	467
	Lex à Volerone lata, de creandis è plebe magistratibus.	
3534	Persæ à Græcis eodem die terrestri, navalique prælio funduntur.	466
3535	Pericles principatum apud Athenienses obtinet.	465

Anni Mundi.		Anni ante Christum.
3558	Induciæ 30. annorum inter Athenienses & Lacedæmonios.	442
3559	Herodotus libros in concilio Atheniensium legit.	441
3561	Censores Romæ instituuntur.	439
3562	Nehemias ab Jerosolymis ad regem Artaxercem redit.	438
3563	Megabysus Persa moritur.	437
3564	Bellum inter Samios & Milesios ob Prienen.	436
3565	Pericles Samum expugnat.	435
	Belli Corinthiaci initium contra Corcyrios.	
3567	Tribuni militares Romæ creantur.	433
	Veii & Fidenates à Mamerco Æmilio vincuntur.	
3569	Corinthii ab Atheniensibus victi, Potidæam ad defectionem inducunt.	431
	Fidenæ ab Aulo Servilio dictatore capiuntur.	
3572	Methon Atheniensis, cyclum lunarem annorum instituit.	428
3573	Arcesilaüs Cyrenensium rex, à suis occiditur.	427
	Belli Peloponesiaci initium inter Lacedæmonios & Athenienses.	
3574	Pestis horrenda à Thucydide descripta.	426
3576	Pericles dux Atheniensium moritur.	424
3577	Anaxagoras Milesius moritur.	423
3579	Artaxerces Longimanus moritur. Succedit Xerces ad annum unum dumtaxat.	421
3580	Xerces Persarum rex, à Secundiano fratre, & Pharnaxa eunucho occiditur.	420
	Nehemias moritur.	
3581	Secundianus, seu Sogdianus, occiditur. Ochus, seu Darius Nothus, frater, regnat in Babylone.	419
3585	Servorum conjuratio Romæ detecta.	415
3586	Servilius dictator Ecquos vincit; urbem Lavinium capit.	414
3590	Pissuthnes Lydiæ satrapa, à Dario rege deficit. Capitur, & in cinerem projicitur.	410
3591	Societas prima Lacedæmoniorum cum Persis.	408
3592	Fœdus secundum Lacedæmoniorum cum Persis.	407
	Quadraginta Tyranni Athenis constituti,	
	Dionysius senior regnat Athenis.	
3595	Annibal Selinuntem & Imerium in Sicilia capit.	405
	Lacedæmonii Pylas capiunt; Theramenes Chalcedonem; Alcibiades Bizantium occupant.	

3596	Volsci à Romanis vincuntur.	404
	Alcibiades Athenas redit.	
3597	Cyrus junior, à patre Dario Notho oræ maritimæ præficitur, ut in bello contra Athenienses Lacedæmoniis sese adiungat.	403
	Carthaginenses Agrigentum in Sicilia capiunt.	
	Alcibiades summus dux belli ab Atheniensibus creatur.	
3599	Veiæ à Romanis obsidentur.	401
	Athenæ à Lysandro obsidentur.	
	Dionisius tyrannidem Syracusis usurpat.	
3600	Darius Nothus rex Persarum moritur. Succedit Artaxerces filius; regnat annis 43.	400
	Alcibiades occiditur, & crematur.	
	Athenæ à Lysandro capiuntur.	
3601	Quadraginta Tyranni Athenis abolentur.	399
	Finis belli Peloponesiaci.	
3602	Cyrus junior bellum fratri Artaxerci clam parat.	398
3603	Cyrus adversùs Artaxercem bellum movet; in pugna occiditur. Græci, Cyri auxiliares, in Græciam, agmine facto, invicti redeunt.	397
3608	Urbs Vejæ à Romanis capitur.	392
	Dionysius Tyrannus Carthaginenses terrâ marique vincit.	
	Initium Belli Boëtiorum contra Lacedæmonios.	
3610	Pugna celebris ad Cnidum, in qua Pharnabasus & Conon, adversùs Pisandrum & Lacedæmonios victores extiterunt.	390
	Pugna ad Coroneam, inter Lacedæmonios & Boëtios.	
3611	Conon Atheniensis moritur. Magon Carthaginensis cum Dionysio pacem facit.	398
3613	Evagoras rex Salaminius, totam ferè Cyprum in suam ditionem redigit.	387
3614	Galli Romam occupant; à Camillo pelluntur.	386
3617	Pax inter Persas & Græcos: ab Antalcida conciliata.	383
3618	Bellum Artaxercis in Evagoram Cypri regem. Evagoras vincitur, & anno sequenti Cypro spoliatur.	382
3620	Artaxerces bellum Cadusiis infert.	380
	Marcus Manlius regnum Romæ affectans, morte afficitur.	
3621	Dionysius Sicilię tyrannus, bellum contra Carthaginenses renovat; mox pacem facit.	379
3627	Acoris Ægypti rex, adversùs Persas bellum parat.	373

Anni Mundi.		Anni ante Christum.
3627	Volsci, Antiates & Latini à Romanis vincuntur.	373
	Hecatomnus rex Curiæ moritur. Succedit Mausolus, Artemisiæ sororis conjux; regnat annis 24.	
3628	Acoris rex Ægypti moritur. Succedit Psammuthis	372
3629	anno uno. Post hunc, Nepherites, ultimus Mendesiorum rex, menses quatuor; quem excepit Nectanabis primus Sebennitarum rex.	371
3630	Artaxerxes bellum Ægyptiis infert. Persæ ex Ægypto discedere coguntur.	370
	Nicocles, obtruncato per insidias Evagorâ, Salaminiæ rex efficitur.	
3633	Pax inter Græcos Persasque confirmatur, exceptis Thebanis.	379
3634	Epaminondas dux Lacedæmoniorum, Thebanos vincit ad Leuctram.	366
3636	Dionysius junior patri succedit in tyrannide Syracusana.	364
	Timagoras ab Athieniensibus morte afficitur, quod regi Persarum adulatus esset.	
3638	Pax inter Thebanos & Lacedæmonios, Artaxerxe suadente.	362
	Eudoxus Cnidius & Plato philosophus in Ægyptum veniunt.	
	Luc. Sextius, primus Consul è gente plebeiorum Romæ creatur.	
3641	Mithridates rex Ponti moritur. Ariobarzanes Phrygiæ satrapa, regnum ejus occupat.	359
	Pugna Mantinea, in qua Epaminondas Thebanorum victor.	
3642	Agesilaüs rex Lacedæmoniorum, in Ægyptum proficiscitur.	358
3643	Nectanebis I. rex Æhypti, regno exuitur. Succedit alter Nectanebis.	357
	Agesilaüs rex Lacedæmoniorum moritur.	
	Artaxerces Mnemon moritur. Succedit filius Ochus.	
3644	Artaxerces Ochus à suis rex salutatur.	356
	Galli ad portam Collinam Romæ victi.	
3645	Bellum Atheniensium & Sociorum, contra defectores.	355
	Tiburtini noctu Romam occupare aggressi, pelluntur.	
3646	Philippus rex Macedoniæ regnat.	
	Phæcenses templum Delphicum diripiunt.	354
	C. Sulpitius Gallos cædit.	
3647	Dionysius à Dione tyrannide exuitur.	343

3648 Alexander Macedo, qui postea Magnus dictus est, nascitur. 352

Ephesi Templum conflagrat.

Artabasus Persa, ab Ocho deficit; Ochi satrapas 70. vincit.

3649 Bellum sacrum Romanum. 351

3650 Calippo occiso, Dionysius tyrannidem Syracusanorum invadit. 350

3651 Mausolus Cariæ regulus moritur, Artemisia soror & conjux, ad biennium successit, mariti cineres ebibit, mausolæum construxit. 349

Theopompus, Theodectes & Navirates florent.

Dictator Manlius Tarquinianos vincit.

3653 Artemisia regina Cariæ moritur. Succedit Hidricus annis 7. 347

Phænices à Persis deficiunt; Persarum satrapas fugant.

Artaxerces Ochus adversùs Phænices arma movet; Teunen Sidoniorum regem interficit; Sidonios ad sese comburendum cum opibus in urbe cogit.

Iericho ab Ocho expugnatur.

3654 Ochus Ægyptum ingreditur; Nectanebum regem in Æthiopiam pellit. 346

Finis regni Ægyptiaci. Pherendates satrapa Ægypto præficitur.

Judęorum plurimi ex Ægypto in Hyrcaniam & Babylonem ab Ocho deportantur.

3656 Plato philosophus celeberrimus moritur. 344

Aristoteles discipulus floret; in Asiam transit.

3657 Dionysius tyrannus Syracusas denuò invadit. 343

3658 Finis belli sacri Romani. 342

3660 Hidricus Cariæ dynasta moritur. Succedit soror & conjux Ada; regnat annis 4. 340

Nectanebus II. Ægypti regno spoliatur ab Ocho Persarum rege.

Pax Faliscis & Tarquiniis à Romanis concessa ad 20. annos.

3661 Samnites à Valerio, deinde à Cornelio vincunrur. 339

3662 Seditio militum Capuæ degentium sedatur. 338

3663 Plautius Consul Pivernates, Volscos & Antiates vincit. 337

3664 Pexodarus Adæ in dynastia Cariæ succedit. 336

Bellum inter Romanos & Latinos. Romani prælio vincuntur.

Perinthus à Philippo Macedoniorum rege obsidetur.

Timoleon

Anni Mundi		Anni ante Christum
	Timoleon Pœnos in Sicilia vincit, indeque tyrannos expellit.	
	Pugna Cheronæa, in qua Philippus rex Macedoniæ, Athenienſes Beotiosque ſuperat.	
3666	Artaxerces ab eunucho veneno interficitur. Succedit Arſen, filiorum natu minimus.	334
3667	Philippus rex Macedoniæ, totius Græciæ Imperator, ad bellum Perſicum eligitur.	333
	Ariobarzanes rex Ponti moritur poſt 26. annos; ſuccedit Mithridates ad annos 35.	
3668	Arſen rex Perſarum interficitur; Darius Codomannus ſuccedit.	332
	Darius Sanaballatem in Samariam mittit.	
	Philippus rex Macedoniæ occiditur. Succedit Alexander filius; regnat 12. annis 8. menſibus.	
3669	Alexander Macedo, communi Græcorum ſuffragio, imperator ad bellum Perſicum eligitur.	331
3670	Alexander Triballos & Illyricos vincit; Thebas Beotias ſolo æquat.	330
	In Aſiam trajicit; Troiam inviſit: Granico flumine Phrygiæ trajecto, Darii copias vincit; Sardes occupat; Epheſum viſitat; Miletum expugnat; Aſiam minorem ſubigit.	
3671	Memnon à Dario Condomanno dux belli adversùs Græcos creatur.	329
	Alexander Cariam, Phrygiam, Lyciam, Pamphyliam in poteſtatem redigit.	
	Memnon Rhodius Chiam inſulam poditione capit.	
	Manaſſes Jaddi Judeorum Pontificis frater, ad Sanaballatem Samaritanum ſe recipit.	
	Memnon Rhodius in Mitylenes obſidione moritur.	
	Darius ingentes copias colligit adversùs Alexandrum.	
	Alexander Ciliciâ potitur.	
3672	Victoria Alexandri in Darium ad Iſſum. Darius fugâ vix elabitur.	328
	Alexander Syriam Phæniciamque occupat. Tyrum obſidet ſeptem menſibus. Urbis ſolo æquatur.	
	Sanaballates templum Garizim, permittente Alexandro ædificat, cui generum Manaſſen præficit.	
	Alexander Jeroſolymam venit. Judæos benignè excipit, ſuis legibus vivere permittit.	
	Jaddus Summus Pontifex moritur anno 3682.	

Anni Mundi.		Anni ante Christum.
	Alexander Gazam expugnat, & diruit.	
3673	Alexander Ægypto potitur; Alexandriam condit.	327
	Cyrenen occupat. Ammonis oraculum consulit. Ad Palestinam & Phœniciam revertitur. Samariam capit; ad Euphratem contendit.	
3674	Darius Alexandro conditiones pacis offert.	326
	Pugna Arbellensis, seu Gaugamelensis, ubi Darius victus & fugatus est.	
	Darius à Besso lethaliter sauciatus moritur.	
	Alexander Babylonem, mox Susas pervenit, dein Persepolim, quam flammis donat. Uxios, Medos, Cadusios, &c. in deditionem recipit.	
3675	Bessus Alexandro obsistere volens, à suis deseritur; Alexandro traditur.	325
	Alexander Tanai trajecto Scythas fugat.	
	Sogdiani Alexandro subjiciuntur.	
3676	Sogdiani rursus ab Alexandro subiguntur.	324
	Alexander Clitum interficit.	
	Roxanem uxorem ducit.	
	Calisthenem proditionis reum in vincula conjicit.	
	Agrianos, aliosque populos domat.	
3677	Itali circa Neapolim habitantes bellum Romanis inferunt.	323
	Alexander bellum in Assacenos movet. Petram Aornon superat. Ad Indum flumen pervenit.	
	Indo trajecto, Alexander quosdam Indorum Reges ad deditionem cogit.	
	Porus ab Alexandro vincitur & capitur; tum in regno restituitur.	
	Bucephalus Alexandri Equus moritur. Urbs Bucephalia ipsius nomine insignitur.	
	Cathæi Alexandro obedire detrectant. In urbe Sangala obsidentur. Urbs capitur.	
	Ad ripas Hisphasis fluminis, 12. Aris erectis, Alexander ex India recedit ad Hydaspem fluvium.	
3678	Romani Samnitibus bellum inferunt.	322
	Alexander consecutis navibus per Hydaspem, Oceanum invisere statuit.	
	Cœnus Alexandri amicus moritur.	
	Alexander Mallos & Oxidracas subigit.	
	Sogdas & Massanos in fidem recipit.	
	Indum fluvium rursus repetit. Ad Oceanum pervenit.	
3679	Nearchus Alexandri classem in sinum Persicum adducit.	321

3679 Alexander terrestri itinere ad ostia Euphratis, tum adverso flumine Babylonem pervenit. 321
Inde Persepolim, regiam Persarum urbem, quam incendio concremavit.
Calanus Indus precibus ab Alexandro contendit, ut conscenso rogo se ipse cremaret.
Alexander Susâ proficiscitur.
Statiram Darii filiam natu majorem, uxorem ducit; & præter hanc, aliam Parysatim Ochi natu minimam.
Romani Samnitibus bellum inferunt.
3680 Alexander Ecbatana Mediæ Metropolim venit. 320
Hephestion unus ex Alexandri præcipuis Ducibus & amicis moritur.
Alexander expeditionem in Cossæos suscipit.
Babylonem venit, Legatos undique advenientes excipit; Hephestionis funus curat.
3681 Fabius Samnitas prælio vincit. 319
Alexander Magnus Babylone moritur, ex temulentia, annos natus 32.
Imperium Aridæo fratri commissum; Perdiccæ Regni administratio; exercitûs cura Meleagro; equitatûs Seleuco; Regni & regiæ pecuniæ cura Cratero credita.
Roxane Alexandri uxor, Statiram ejusdem Alexandri uxorem necat; ipsa Roxane Filium parit, quem mox exercitus Regem salutat, & Alexandrum nominat.
Testamentum ab Alexandro factum, non pauci prodidêre.
Provinciarum inter Principes hæc à Perdicca facta distributio est:
Lysimacho Agathoclis filio, quicquid in Europa, Thracia, Chersoneso, &c. commissum est.
Quicquid in Africa, Ægypto, Cyrene, Ptolemæo Lagi filio.
In minori Asia, Cappadocia, Paphlagonia, &c. Eumeni Cardiano sunt assignatæ.
In majori Asia, Syria cum Phœnice Laomedonti Mityleneo traditæ.
Armeniæ Neoptolemus; Mesopotamiæ Arcesilaus; Babyloniæ Archon præfectus est.
Mediæ Atropalus; Bactrianæ citerioris & Sogdianæ Philippus; Persidis Satrapiæ Peucestes; Hircaniæ & Parthiæ Phrataphernes; Carmaniæ Tlepolemus; Ariæ & Drangianæ Strasanor Solius; Susianæ Scynus; Arachosiæ & Gedrosiæ

Sibyrtius; Indiæ pars Pithoni Agenoris filio; reliqua India Poro; Mallorum & Oxidriacarum Satrapia Eudemo commissa est.

3682 Ptolemæus Lagi filius Ægypto potitur. 318

Græcorum militum rebellio. A Pithone cæduntur.

Ducum in variis Provinciis constitutorum variæ concertationes & cædes innumeræ.

Jaddus Pontifex Judæorum moritur. Succedit Onias I. ad annum 3702.

Antipater & Craterus Ætholis bellum inferunt.

3683 Alexandri corpus Alexandriam solemni pompâ adducitur. 317

Cyrenæi à Thimbro navali prælio victi.

Perdiccas Ariarathen Capadoniæ Regem duplici prælio fundit.

Samnites ab Arvina Dictatore vincuntur.

3684 Exercitus Romanus in furcis caudinis inclusus, sub jugum transire cogitur. 316

Perdiccas in tentorio occiditur.

Craterus ab Eumene prelio vincitur.

Antipatro regni cura demandatur.

Antipater moritur. Polysperchon in regimine succedit.

Ptolemæus Lagi filius Phœniciam, Cariam, Syriam & Judæam iu potestatem redigit.

3685 Samnites à Romanis ad Luceriam vincuntur; sub jugum transire jubentur. 315

Expeditio Eumenis in Alectum & Attalum.

Antigonus Asiæ minoris Urbes plurimas occupat.

Induciæ duorum annorum inter Romanos & Samnites.

3686 Eumenes summum imperium affectat. 314

Bellum Eumenem inter & Antigonum.

3687 Eumenes ad Tigrim fluvium progreditur, ad Susanam devenit. 313

Philippus Aridæus ab Olympiade Alexandri matre interimitur. Regnarat annis 6. mensibus 4.

3688 Olympias à Cassandro in urbe Pidna obsidetur. 312

Bellum inter Antigonum & Eumenem ultra Euphratem.

3689 Eumenes ab Antigono comprehenditur, & deinceps occiditur. 311

Antigonus totius Asiæ regimen habet.

Cassander regnum Macedoniæ affectans, Olympia-

3689 dem Alexandri magni matrem è medio tollit; Roxanen cum filio Alexandro in arcem Amphipolitanam custodiendos mittit. 311
Quintus Fabius Dictator Satriculam urbem expugnat: Samnitas vincit.
3690 Sora & Luceria à Romanis capiuntur. 310
Bellum Ptolemæi, Cassandri & Lysimachi adversùs Antigonum.
3691 Tyrus per annum & tres menses obsessa, tandem Antigono sub conditione deditur. 309
Antigonus Taurum montem superat.
Nola à Romanis expugnata.
3692 Cyrenæi à Ptolemæo deficiunt. In ordinem rediguntur. 308
Demetrius filius Antigoni ad Gazam prælio vincitur à Ptolemæo.
Ptolemæus Judæam occupat.
Seleucus Babyloniam, Susianam & Mediam sibi parêre cogit.
Agathocles Messanam in potestatem redigit.
Æra Seleucidarum seu Græcorum, ab Autumno hujus anni initium ducit.
3693 Etrusci bellum in Romanos parant. 307
Ptolemæus è Syria & Judæa recedere cogitur; junctis Antigoni & Demetrii viribus, hi citra periculum Syriam Phœniciamque recuperant.
In Arabas Nabathæos exercitum ducunt.
Demetrius ab Antigono in Babyloniam adversùs Seleucum mittitur.
Pax Cassandri, Ptolemæi & Lysimachi cum Antigono.
Roxane Alexandri magni uxor cum filio Alexandro 12 annorum, trucidatur à Cassandro.
Etrusci ab Æmilio Consule, Samnites à Bubalio vincuntur.
Pœni Agathoclem ingenti prælio vincunt.
3694 Etrusci à Fabio Consule pacem petere coguntur. 306
Agathocles Siciliæ Tyrannus bellum in Africam transfert. Carthaginenses variis præliis vincit.
Bellum iterùm inter Antigonum & Ptolemæum Lagi filium.
Polysperchon Herculem Alexandri magni filium annorum 17, in regnum Macedoniæ introducere conatur.
Epicurus Philosophus scholas Mitylenis habet.
3695 Hamilcar Dux Carthaginensium à Syracusanis 305

comprehenditur & necatur.

Samnites à Romanis victi.

Hercules Alexandri Magni filius, cum matre Barsine, jubente Cassandro, occiditur.

3696 Samnites, Marsi & Peligni à Fabio domantur. 304

Etrusci à Decio subiguntur.

Agathocles, partâ in Cathaginenses victoriâ, in Siciliam redit.

Cloepatra Alexandri Magni soror, cùm ad Ptolemæum fugere vellet, necatur.

3697 Falentini à Volumnio vincuntur; Samnites à Fabio. 303

Cyrene & Lybia ad Ptolemæi obsequium redeunt.

3698 Antigonus, Ptolemæus, Seleucus, Lysimachus & Cassander, regium nomen, quo antea abstinuerant, accipiunt. 302

Demetrius Poliorcetes, Antigoni filius; Athenienses aliosque in libertatem vindicat.

In Cypro cùm Ptolomæi Ducibus bellum feliciter gerit. Salaminen expugnat.

Hernici & Samnites à Romanis vincuntur.

Agathocles cum Carthaginentibus pacem facit.

3699 Seleucus Nicator Syriæ, Babyloniæ & Mediæ regnum occupat. 301

Antigonus & Demetrius irrito conatu Ægyptum invadere conantur.

3700 Demetrius bellum Rhodiis infert. 300

Pax inter eos post annuam obsidionem firmatur, Atheniensium interventu.

3701 Seleucus in Indiam expeditionem suscipit. 299

3702 Mortuo Oniâ I. Pontifice, succedit Simon I. cognomine Justus, ad annum 1711. 298

3703 Pugna celebris ad Ipsum Phrygiæ oppidum, inter Antigonum & Demetrium ex una, & Ptolemæum, Lysimachum, Seleucum & Cassandrum ex altera parte, in qua Antigonus annos natus 80. interimitur. Victus Demetrius in Cyprum se recipit. 297

Reges victores Antigoni & Demetrii imperium inter se partiuntur.

3704 Seleucus Antiochiam ex Antiochi filii nomine cognominat. Antigoniam diruit. 296

Lysimachus Thraciæ Rex, Arsinoën Ptolomæi Lagidæ filiam uxorem ducit.

3705 Seleucus Demetrii Poliorcetæ filiam Stratonicen 295

uxorem ducit. Inde pax inter Seleucum & Demetrium.

3706 Seleucus Ciliciam à Demetrio pro certa pecunia petit. Negat Demetrius, & Tyrum & Sidonem à Seleuco iracundè reposcit. 294

3707 Cassander Macedoniæ Rex moritur. Succedit Philippus filius. Mortuo paulò post Philippo, Antipater & Alexander fratres regnant annis tribus, mensibus sex. 293

Pyrrhus Antigonen uxorem ducit. In Epyro cum Neoptolemo regnat.

3708 Demetrius Poliorcetes Samariam urbem, quam Perdiccas instaurarat, diripit. 292

Fabius Etruscos vincit.

3709 Pyrrhus in Epyro regnat solus.

Bellum Gallorum & Etruscorum in Romanos. 291

Decius sese devovet pro legionibus.

3710 Demetrius per insidias occiso Alexandro, regnum Macedoniæ occupat. 290

Attilius Samnites sub jugum mittit.

Ptolemæus Soter totam Cypri Insulam, quę Demetrio parebat, capit.

3711 Bellum Gallorum & Etruscorum in Romanos.

Lysimachus cum Demetrio pacem facit. 289

Demetrius Thebas occupat.

Agathocles Tyrannus Siciliæ in Italiam trajicit.

3712 Lysimachus urbes Asiæ, quæ Antigono & Demetrio parebant, occupat. 288

Moritur Simon I. Pontifex Judęorum. Succedit Eleazar ad annum 3744.

3713 Seleucus Nicanor plurimas condit urbes, & in eas Judæos transfert. 287

Samnites à Fabio vincuntur. Pax Romanorum cum Samnitibus & Sabinis.

3715 Agathocles Syracusanorum Tyrannus moritur. 285

Theophrastus Philosophus moritur. Succedit in schola Strato Lampsacenus.

3716 Demetrius Poliorcetes maximis viribus Asiæ bellum infert. 284

3717 Demetrius à Pyrrho Macedoniæ regno spoliatur. In Asiam bellum movet; ad Seleucum confugere cogitur, à quo tamquam privatus excipitur. 283

3718 Demetrius in Seleucum res novas molitur. Deni- 282

que Seleuco deditur, & in Syriæ penisulam abducitur.
Lysimachus, pulso Pyrrho, Macedoniam occupat.
3719 Ptolemæus Soter, seu Lagi filius, Rex Ægypti, Ptolemæo Philadelpho filio regnum confert. Ptolemæus Ceraunus, seu Fulmen, filiorum alter, ad Seleucum profugit. 281
Populus Romanus versus in seditionem, ad montem Janiculum se recipit. Hortensius Dictator seditionem sedat.
3720 Serapidis simulacrum Alexandriam è Synope adducitur. 280
Pharus Alexandri à Sostrato Cnidio construitur.
Demetrius Poliorcetes moritur in Syriæ Chersoneso, anno 17 post Antigoni patris obitum.
3721 Ptolemæus Soter moritur. Succedit Ptolemæus Philadelphus; regnat annis 39. 279
Bellum Gallorum in Romanos.
Lysimachus Rex Macedoniæ, Agathoclem filium natu maximum interficit.
3722 Seleucus Nicator Stratonicem propriam uxorem, Antiocho Soteri proprio filio, qui mulierem deperibat, conjugem donat. 278
Boii & Etrusci à Romanis cæduntur.
3723 Boii pacem cum Romanis facere coguntur. 277
Lysimachus bellum Seleuco infert. Lysimachus in pugna occiditur.
Seleucus regnum Macedoniæ, Thraciæ, &c. occupat.
3724 Seleucus ultimus ducum Alexandri magni, à Ptolemæo Cerauno per insidias occiditur. Succedit Antiochus Soter filius, ad annos 19. 276
Ptolemæus Ceraunus Rex Macedoniæ salutatur.
Pyrrhus Rex Epyri in Italiam ad suppetias Tarentinorum transit. Victoriam in Romanos obtinet.
3725 Galli Græciam invadunt. 275
Ptolemęus Ceraunus Macedonię Rex in pugna adversus Gallos interficitur. Succedit in regno Macedonico Meleager frater eius; cui post duos menses ejecto, Macedoni substituunt Antipatrum Philippi filium, qui post dies 45 ejectus, locum Sostheni dedit, qui duos annos regnavit.
Secunda pugna Pyrrhi in Romanos.
3726 Pyrrhus ex Italia in Siciliam transit, opem Syra- 274

3726 cusanis adversùs Carthaginenses laturus. 274

Brennus Macedonas, duce Sosthene, fugat.

Brennus templum Delphicum spoliare tentat. Seipsum interficit.

Galli in Asiam, concedente Nicomede Bythyniæ Rege, transeunt.

3727 Ptolemæus Philadelphus celebrem Alexandriæ Bibliothecam instruit, libros sacros Hebræorum in linguam græcam transferri imperat, [si fides Aristææ.] 273

3728 Antigonus Jonathas Demetrii Poliorcetis filius, Macedoniam occupat. 272

Galli à Macedonibus cæduntur. Alii Galli in Gallo-græcia sedes figunt.

3729 Pyrrhus è Sicilia in Italiam rediens, à Carthaginensibus vincitur. 271

Hieron Syracusæ Præfectus creatur.

3730 Curius Dentatus Pyrrhum cædit, ac Tarentum fugere cogit. 270

Triumphus Curii de Pyrrho.

Pyrrhus ex Italia in Epyrum redit, sexto à profectione anno.

Pyrrhus Antigono Macedonum Regi bellum infert. Victoriam reportat.

Antigonus iterùm à Ptolemæo Pyrrhi filio vincitur.

3731 Ptolemæus Philadelphus Ægypti Rex, Legatos Romam mittit, gratulatum ob res adversùs Pyrrhum præclarè gestas. 269

3732 Pyrrhus in Peloponesum à Cleonymo Spartano ad bellum Laconicum inviatatus proficiscitur. 268

3733 Pyrrhus Argos dum per vim ingreditur, tegulâ ab anu in caput desuper injectâ, perimitur. 267

Tarentum à Romanis capitur. Finis belli Tarentini.

3734 Urbs Rhegium à legione Romana rebelli occupata, expugnatur. 266

Strato Lampsacenus moritur. Succeditur in Schola Lycon Troadensis.

3736 Hieron Rex Siciliæ declaratur. 264

Picentini à Romanis subiguntur.

3739 Mithridates Rex Ponti moritur anno regni 36. Succedit filius Ariobarsanes. 261

3741 Philetærus Tejus cùm per annos 20. Pergamenis præfuisset, obiit 80. annos natus. Succedit Eumenes I. filius, 259

Primum bellum Punicum à Romanis in Carthaginenses Siciliam occupantes, per annos 24. continuatum.

3742 Astacum à Nicomede Bithyniæ Rege, Nicomedia cognominatur. 258

Eumenes I. Antiochum Seleuci filium prælio superat.

3743 Antiochus Soter Rex Syriæ moritur. 257

Succedit Antiochus filius, cognomine Deus, qui Iudæis civium jus in suo regno concessit, suisque legibus vivere permisit. Regnavit annis 15.

Agrigentum à Romanis in Carthaginenses expugnatur.

3744 Manasses succedit Eleasaro Pontifici Iudæorum ad annum 3771. 256

3753 Aratus Sicionensis patriam suam à Nicoclis jugo ereptam, Achæorum Reipublicæ adjungit. 247

3754 Parthi Arsace duce à Macedonibus deficiunt. 246

Eodem tempore Theodorus Bactrianorum Præfectus deficit, quod exemplum secuti totius Orientis populi, à Macedonibus deficiunt.

3758 Seleucus Rex Syriæ à Laodice conjuge veneno interficitur. Succedit Seleucus Callinicus filius. 242

Ptolemæus Philadelphus Rex Ægypti anno post obitum Patris 40, moritur. Succedit Ptolemæus Evergetes filius.

Ptolemæus Evergetes Laodicen Syriæ Reginam interficit; Syriam Iudæamque occupat.

3759 Ptolemæus Evergetes domestica seditione in Ægyptum revocatur. 241

Seleucus Callinicus regnum Syriæ à Rege Ptolemæo occupatum recuperat.

3760 Seleucus Callinicus bellum Ptolemæo inferens, victus Antiochiam fugit. Antiochum fratrem in auxilium vocat. 240

3761 Ptolemæus cum Seleuco in annos decem pacem facit. 239

3762 Antigonus Gonatas Demetrii filius, Rex Macedoniæ, moritur, annos natus 80. Succedit Demetrius filius in annos decem. 238

Antiochus Ierax Seleuco fratri regnum Syriæ eripere conatur; Seleucum prælio vincit: sed ipse à Gallis pulsus, ab Eumene majori Asiæ parte spoliatur.

3763 Eumenes fenioris Eumenis filius moritur. Succedit Attalus Attali filius. 237
Finis belli Punici.
Bellum in Africa à militibus Carthaginenfium extraneis.
3771 Onias II. Pontifex Iudæorum Succedit Manaffes ad annum 3785. 229
Demetrius Rex Macedoniæ moritur.
3772 Succedit Philippus filius parvulus, fub Antigono Dofone tutore, qui regium nomen ufurpavit. 228
3778 Antiochus Ierax à Ptolemæo Evergete in cuftodia fervatus, elabitur, fugienfque à latronibus interficitur. 222
Seleucus Callinicus Rex Syriæ, equo præcipitatus interiit. Succeffit Seleucus Ceraunus, qui regnavit annis 3.
3781 Seleucus Ceraunus veneno necatur. Succedit Antiochus junior filius: fed Antiochus cognomine Magnus, Seleuci frater, Antiochi junioris filius, ab exercitu vocatus, in Syria annis. 36. regnavit. 219
Cleomenes Lacedemoniorum Rex ab Antigono Dofone Macedoniæ Rege victus, ad Ptolemæum Evergetem fe recipit.
Finis belli Romanorum cum Infubribus à Marcello Confule, qui urbem Mediolanam expugnat.
3782 Ingens terræ motus in Caria & Rhodo infula, quo Colofsus Rhodi cecidit. 218
3783 Ptolemæus Evergetes moritur. Succedit Ptolemæus Philopator, feu Tryphon. 217
Molo & Alexander Perfidis & Mediæ Satrapæ, adversùs Antiochum Magnum rebellant.
3784 Antigonus Dofon Macedoniæ tutor moritur. Succedit Philippus Demetrii filius, de quo anno 3772, qui annis 42. regnavit. 216
Antiochus Magnus Molonem prælio vincit. Molo fibi ipfi manus infert.
Afdrubal Dux Carthaginenfium in Hifpania occiditur.
3785 Annibal Hafdrubali fuccedit, bellum in Hifpania gerit, Saguntum capit. 215
Æmilius Paulus Conful bellum in Illyrios gerit.
Achæus regium nomen affumit.
Antiochus Magnus Ægypti regnum invadere tentat.
Bellum inter Byzantinos & Rhodios.

Simon II. Pontifex Judæorum succedit Oniæ II. ad annum 3805.

Antiochus urbem Dora Pheniciæ frustra obsidet.
3786 Cum Ptolemæo induciis factis in Syriam redit. 214

Pugna inter duces Ptolemæi Philopatoris & Antiochum Magnum in ora Phæniciæ.

Annibal transcensis Alpibus in Italiam venit. Initium secundi belli Punici.

Antiochus in Judæam irrumpit.

Achæi expeditio in Selgenses.

3787 Antiochus urbem Rabbat-Ammon expugnat. 213

Pugna ad lacum Trasimenum, in qua Annibal Duces Romanorum cædit.

Annibal in Campaniam venit.

Quintus Fabius Dictator creatur.

Scipio in Hispania res præclarè gerit.

Victoria Ptolemæi Philopatoris in Antiochum Magnum ad Raphiæ promontorium.

3788 Bellum Antiochi cum Achæo. Achæum Sardibus obsidet. 212

Persecotio Ptolemæi Philopatoris in Judæos Ægyptum incolentes. Judæi mira Dei providentiâ liberantur.

3789 Pugna Cannensis, Romanis exitiosa.

Achæus dolo à Bolide captus, Antiocho traditur morte afficiendus. 211

Hieron Rex Siciliæ moritur.

Variæ pugnæ in Italia Romanos inter & Carthaginenses.

3790 Marcellus Consul Syracusas obsidet. 210

Lacydes Cyrenæus novæ Academiæ Princeps, Scholam vivens Telecli & Evandro committit.

3792 Expeditio Antiochi in Parthiam & Mediam, quæ à suis progenitoribus defecerant. 208

Mediam ad officium redigit.

Marcellus Consul Syracusas capit.

Annibal Tarentum occupat.

Philippus res Macedoniæ à Marco Lævino Prætore fugatur.

Capua à Consulibus obsidetur.

Scipiones duo in Hispania cum exercitu cæduntur.

3793 Levinus Prætor cum Ætholis & Attalo Rege Pergami societatem init. 207

Annib al ad mœnia Romæ accedit, indeque recedere cogitur.

Scipio Junior in Hispaniam mittitur.
Capua à Romanis expugnatur.
3794 Scipio Carthagenam capit.
Amicitia Romanos inter & Ptolemæum Regem renovatur. 206
Bellum inter Prusiam Bithyniæ, & Attalum Pergami Reges ex una, & Philippum Macedoniæ Regem, & Ætholos ex altera parte.
3795 Josephus Tobiæ filius, Judæus Ptolemæi Regis Ægypti gratiam sibi datis muneribus conciliat. 205
occasione nativitatis Ptolemæi Epiphanis.
Tarentum à Romanis expugnatur.
Scipio victoriam in Hispania reportat.
3796 Marcellus Consul ab Annibale victus interiit. 204
Philippus Rex Macedoniæ adversùs Ætholos bellum prosperè gerit.
3797 Asdrubal in Italiam Annibali fratri suppetias laturus advenit. Asdrubalis exercitus cæditur; ipse Asdrubal occiditur. 203
3798 Scipio Carthaginenses ex Hispania pellit; in Africam trajicit. Fœdus cum Syphace & Massinissa Regibus facit. 202
Philopœmen Achæorum Prefectus, Machanidam Lacedæmoniorum tyrannum Mantinæ vincit.
3799 Magon Carthaginensium Dux in Italiam trajcere volens vulneratur, & in Africam redire cogitur. 201
Scipio è Sicilia in Africam trajicere parat. Locros capit.
Mardonius & Indibilis bellum in Hispania instaurant; capiuntur.
Idæa mater Pessinunte Romam advehitur.
Antiochus Magnus cum Euthydemo Bactrianorum Rege fœdus init.
3800 Pax à Romanis Philippo Macedonum Regi data.
Ptolemæus Philopator Rex Ægypti moritur. Succedit Ptolemæus Epiphanes. Regnat annis 24. 200
Agathocles Ægypti regnum occupare tentat.
Antiochus Magnus, & Philippus Macedoniæ reges, Ptolemæi pueri regnum inter se dividere tentant.
Scipio in Africam traijcit. Uticam obsidet.
Sempronius in Italia Annibalem vincit.
3801 Scipio Asdrubalem & Syphacem prælio vincit. 199
Annibal ex Italia in Africam revocatur.

	Antiochus Cœle-Syriam occupat.	
3802	Annibal in Africam redux, à Scipione vincitur.	198
	Navale prælium inter Philippum Macedoniæ regem, & Attalum, & Rhodios. Philippus victus discedit.	
3803	Pax Carthaginensibus à Romanis concessa.	197
	Romani legatos ad Reges Antiochum & Ptolemæum mittunt, de pace inter illos componenda.	
3804	Romani Philippo Macedonum Regi bellum iuferunt.	196
	Philippus Macedonum Rex, Abidum expugnat.	
	Scopas Dux copiarum Ptolemæi regis Ægypti, partem Cœlesyriæ occupat.	
3805	Onias III. succedit Simoni II. summo Pontifici Iudæorum, ad annum 3829.	195
	L. Furius Insubros vincit, & Amilcarem authorem defectionis.	
3806	Antiochus regnum Attali invadit; dein recedit, suadentibus legatis Romanis.	194
	Idem Cœlesyriam in suam potestatem redigit. Scopam ad fontem Iordanis prælio superat; à Iudæis Ierosolymam excipitur.	
3807	Attalus Rex Pergami moritur. Succedit Eumenes filius.	193
	Flaminius Consul Philippum Macedoniæ regem in Thessalia vincit.	
	Finis belli Macedonici.	
3808	Pax & libertas à Romanis restitutæ urbibus Græciæ & Asiæ.	192
	C. Sempronius Prætor à Celtiberis in Hispania citeriori vincitur.	
3809	Annibal clam Carthagine Tyrum venit, din ad Antiochum regem se confert, Romanis bellum inferre meditantem.	191
3810	Nabis Lacedæmoniorum tyrannus à Flaminio in ordinem redigitur.	190
	Urbi Romæ à Smirnæis templum dedicatur.	
3811	Nabis in prælio occiditur adversùs Philopæmenem Achæorum Prætorem.	180
	Antiochi Regis epistolæ ad Iudæos.	
3812	Antiochus filiam Ptolemæo regi in matrimonium dat; Cœlesyriam pro dote restituit.	188
	Legationes à Romanis ad Antiochum missæ.	
3813	Bellum Antiochi Regis adversùs Romanos. Vin-	187

citur ad Thermopylas ab Acilio Consule, & Catone Tribuno militari.

Ætholi pacem cum Romanis faciunt.

3814 Pugna navalis ad Coricum, inter Romanorum & Antiochi classem. 186

Victus terra marique Antiochus, pacem à Romanis petere instituit.

3815 Pugna ad Sypylum montem, inter Antiochum & Romanos. Vincitur Antiochus. Pax inter utrosque, eâ conditione, ut Antiochus urbibus cedat quæ circa Taurum montem sitæ sunt. 185

3816 Gallo-græci à Cn. Manlio Vulsone Consule in ordinem rediguntur. 184

Triumphus navalis L. Æmilii Regilli de Antiocho.

Triumphus L. Scipionis de eodem.

3817 Antiochus Rex Syriæ moritur. Succedit Seleucum Philopator filius. Regnat annis 12. 183

Interea Antiochus Epiphanes alter è filius, Romæ obses versatur.

3818 Cn. Manlius Vulso de Gallis Asiaticis Romæ triumphat. 182

Eumenes fœdus cum Acheis renovat. Seleucus item cum Achæis fœdus instaurat.

3820 Romani Philippum Regem Macedonum jubent Eumeni restituat Ænon & Maronæa, & omnem Thraciæ oram maritimam. 180

Annibal ad Prusiam Bithyniæ Regem è Creta contendit.

Bellum inter Prusiam Bithyniæ, & Eumenem Pergami Reges.

3821 Pugna navalis inter Prusiam & Eumenem, in qua Eumenes Annibalis dolo vincitur. 179

Agesipolis Lacedæmoniorum rex à Piratis occiditur. Succedit Areus, cujus extat Epistola ad Oniam summum Pontificem Judæorum.

Philopæmen Achæorum Prætor hoc tempore decessisse creditur.

3822 Annibal Carthaginensium Dux moritur. 178

Bellum inter Eumenem Pergameni, & Pharnaceni Ponti Reges.

3823 Legati à Romanis veniunt de pace inter Eumenem & Pharnacem concilianda. 177

3824 Ptolemæus Epiphanes Ægypti Rex moritur. Succedit filius Ptolemæus Philometor, qui annis 35. regnavit. 176

Anni Mundi		Anni ante Christum
3825	Pax inter **Pharnacem** ex una, & Eumenem & Ariarathem ex altera parte.	175
3826	Philippus rex Macedonum moritur. Succedit Perseus filius, ad annos 11.	174
3827	Bellum Lysios inter & Rhodios.	173
3828	Heliodorus à Seleuco Syriæ Rege Jerosolymam mittitur, ad Ærarium templi spoliandum. Heliodorus re infectâ revertitur.	172
	Demetrius Seleuci Regis Syriæ filius, obses Romam loco Antiochi Epiphanis fratris mittitur.	
	Onias III. Pontifex Judæorum Antiochiam ire cogitur, ad repellendas hostium contra se calumnias.	
3829	Seleucus Syriæ rex insidiis Heliodori moritur. Succedit Antiochus Epiphanes fratrer, loco Demetrii Seleuci filii & hæredis, qui tunc Romæ obses erat.	171
	Jason frater Oniæ III. summi Pontificis Judæorum, Pontificatum ab Antiocho pecuniâ obtinet.	
3830	Judæi plurimi ad ritum Gentium transeunt.	170
	Perseus Macedoniæ Rex Romanis bellum inferre parat.	
3831	Antiochus Romam Legatos mittit ad concordiam renovandam.	169
	Antiochus Eupator, Antiocho Epiphani nascitur.	
	Antiochus Epiphanes Ptolemæo Philometori bellum parans, Jerosolymam venit.	
3832	Menelaus à Jasone Antiochiam missus, Pontificatum Jasonis, majori pecuniæ summâ Regi promissâ, ad se transfert. Jason in regionem Ammonitarum relegatur.	168
	Eumenes Rex Romam venit, monet Senatum Persei Regis conatibus obviam eundum.	
	Attalus Eumenis Pergami regis frater, fratrem decessisse autumans, regia insignia assumit.	
	Romani Reges socios ad bellum contra Perseum unà secum suscipiendum, hortantur.	
3833	Bellum Romanorum adversùs Perseum Macedonum Regem.	167
	Bellum inter Antiochum Syriæ, & Ptolemæum Ægypti Reges, pro Cœlesyria.	
	Ptolemæus prælio inter Pelusium & Cassium montem vincitur. Antiochus Ægypto potitur.	

Menelaus

Anni Mundi		Anni ante Christum
3834	Menelaus summo pontificatu spoliatur. Lysimachus frater subrogatur.	166
	Menelaus Oniam III. summum Pontificem, absente Rege Antiocho, ab Andronico occidi impetrat.	
	Lysimachus templum Jerosolymitanum spoliare volens, occiditur in ipso templo.	
	Antiochus Epiphanes Iudæis infestus, Ierosolymam ingreditur, urbem diripit, hominum 80. millia interficit.	
3835	Antiochus Epiphanes Ægyptum iterùm invadit; Ptolemæo diadema adimit; juniori fratri Ptolemæo Evergeti summa rerum permittitur ab Alexandrinis.	165
3836	Antiochus iterùm Ægyptum ingressus, junioris Ptolemæi exercitum Pelusii vincit, tum Alexandriam obsidet; denique relictâ obsidione, in Syriam revertitur. Legati Romanorum, ni bello abstineat, bellum à Romanis minantur.	164
	Perseus de pace cum Romanis per Legatos agit. Perseus à Romanis vincitur. Regnum Macedonicum finem habet.	
	Apollonius ab Antiocho Epiphane Ierosolymam missus, magnam perimit multitudinem, urbem incendit, diruit domos & muros.	
	Iudas Macchabæus cum aliis novem, in deserto secedit.	
3837	Antiochus Epiphanes edicto imperat omnibus gentibus sibi subjectis, eosdem cultus in toto regno servent.	163
	Abominatio desolationis in templo Ierosolymitano statuitur. Jovis Olympii statua ibi collocatur. sacrificia intermittuntur.	
	Eleazar & septem Macchabæi fratres morte afficiuntur. Mattathias & septem filii in desertum se recipiunt; Assidæorum congregatio floret.	
	Bellum inter Gallo-græcos, & Eumenem Regem.	
3838	Mattathias moritur. Succedit Iudas Macchæbeus. qui bellum gerit adversùs Apollonium & Seronem duces copiarum Epiphanis.	161
	Romani Macedoniæ libertatem restituunt.	
	Prusias Bithyniæ Rex Romam venit. Eumenes ne Romam veniret, à Senatu decretum est, ne cuiquam Regni Romam venire liceret.	
3839	Antiochus Epiphanes in Persidem proficiscitur. Gorgiam & Nicanorem in Iudæam mittit, qui	162

3839 vincuntur à Juda Macchabæo. 161
Lysias cum exercitu in Judæam venit; vincitur & Antiochiam redit.
Templum Hierosolymitanum à Juda Macchabæo mundatur.
3840 Judas altari novo constructo, sacrificia, aliasque ceremonias instaurat. 160
Antiochus in Perside moritur. Succedit Antiocus Eupator filius, sub Lysiæ regimine.
3841 Judas Macchabæus bellum gerit adversus Galaaditas, Tubienos, Galilæos, &c. 159
Lysias pro-rex Syriæ cum Juda conciliatur.
Bellum inter Antiochi Duces, & Macchabæos. Antiochus cum Macchabæo pacem facit.
3842 Menelaus Pseudo pontifex Judæorum, in cinerem dejectus moritur. Alcimus seu Jacimus substituitur. 158
Onias Oniæ III. filius, videns Pontificatum Alcimo datum, in Ægyptum proficiscitur, ibique in Heliopolitana præfectura templum Deo extruit anno mundi 3854.
Ptolemæus Philometor à fratre Evergete regno spoliatus, Romam proficiscitur, auxili petendi causa. A Senatu in regnum restituitur, & cum fratre reconciliatur.
Ariarathes Rex Cappadociæ moritur. Succedit filius Ariarathes.
Demetrius Soter Seleuci Philopatoris filius, Roma in Syriam fugit, paternumque regnum recuperat. Antiochum Eupatorem nepotem interficit, & Lysiam regni Præfectum.
Alcimus à Demetrio Pontificatus honorem obtinet.
Bacchides in Judæam cum Alcimo mittitur.
3843 Demetrius Nicanorem in Judæam mittit, ut Judam Macchabæum dolo interficiat. 157
Nicanor à Juda semel & iterum prælio vincitur.
Bacchides cum Alcimo iterum in Judæam mittitur.
Rhazis Senator Jerosolymitanus fortiter moritur.
Judas Macchabæus fortiter pugnans contra Bacchidum, occiditur. Succedit Jonathas frater.
Primum fœdus Romanorum cum Judæis.
3844 Alcimus pseudo pontifex Judæorum moritur Ionathas Macchabæus in pontificatum ritè succedit. 156

Anni Mundi.		Anni ante Christum.
	Bacchides in Syriam revertitur.	
3845	Eumenes rex Pergami moritur ; ſuccedit frater Attalus.	155
3846	Orophernes fit rex Cappadociæ, pulſo fratre Ariarathe	154
	Bellum inter Bacchidem & Jonatham Macchabæum. Pugnæ variæ. Pax inter utroſque. Jonathas Machmis reſidet, & judicat populum.	
3847	Ariarathes regno pulſus ab Oropherne, jubetur à Senatu cum fratre in Cappadocia regnare. Ariarathes in regnum ſolus reſtituitur.	153
	Ptolemæus Evergetes in Cypro à fratre Philometore prælio ſuperatur.	
3849	Pruſias Bithyniæ Rex, cum Attalo Pergami Rege bellum gerere à Senatu Romano prohibetur.	151
	Carneades Academicus, Diogenes Stoicus, Critolaus Peripateticus, Legati ad Romanos ab Athenienſibus mittuntur.	
3850	Pax inter Pruſiam Bithyniæ, & Attalum Pergami Reges.	150
	Alexander Balas in Demetrium Soterem inſurgit, regnum Syriæ repetit. Antiochiam admittitur.	
3851	Demetrius Soter filios Demetrium Nicanorem, & Antiochum Sidetem, Cnidum ad hoſpitem ablegat, ut belli periculis eximerentur.	149
	Alexander Balas Ptolemaidem occupat.	
3852	Litteræ Demetrii & Alexandri Balæ ad Jonatham Pontificem Judæorum.	148
	Jonathas Alexandri Balæ partes ſuſcipit. Purpurâ induitur, ſummi Sacerdotii munere fungitur.	
3854	Demetrius Soter prælio victus ab Alexandro Bala, moritur.	146
	Alexander Balas Cleopatram Ptolemæi Regis Ægypti filiam uxorem ducit.	
	Templum Heliopolitanum ab Onia vero Deo conditur. *Vide ſupra, anno* 3842.	
3855	Tertium bellum Punicum Romanos inter & Carthaginenſes.	145
	Andriſcus, ſeu Pſeudo Philippus, Macedoniam occupat, & regni inſignia aſſumit.	
	Bellum inter Pruſiam Bithyniæ, & Attalum Pergami Reges.	
3856	Romani jubent Pruſiam & Attalum bello abſtinere, & ab armis diſcedere.	144

Demetrius Nicanor Demetrii Soteris filius, regnum paternum recuperare nititur. Apollonium in Iudæos mittit. Ionathas in Apollonium victoriam reportat. Ionathas ab Alexandro Balla fibulâ aureâ insignitur.
Andriscus Iuventium Romanum Prætorem prælio vincit. Demum à Bize regulo Thracię proditus, in manus Metelli Consulis venit.
3857 P. Cornelius Scipio res præclarè gerit in Africa. 142
Carthago Romæ æmula diruitur.
Metellus Achæus Bœotiosque superat.
Prusias Rex Bithyniæ moritur. Succedit Nicomedes filius.
3858 Ptolemæus Philometor plures Syriæ urbes invadit. Cleopatram filiam Alexandro Balæ ereptam, Demetrio Nicanori uxorem collocat. 142
3859 Alexander Balas occiditur. Regnat Demetrius Nicanor. 141
Ptolemæus Philometor Rex Ægypti moritur. Succedit Ptolemæus Physcon frater, occiso Philometoris filio.
Ioanathas arcem Ierosolymitanam obsidet.
Viriatus Lusitaniam occupat, Prætores fugat.
3860 Demetrius à Iudæis adjutus, Antiochenos rebelles ad officium cogit. 140
Diodotus seu Tryphon ex Arabia Antiochum Deum adversùs Demetrium Nicanorem adducit, in Syriam regnaturum.
Ionathas Antiochi seu Tryphonis partes suscipit. Bellum pro illis adversùs Demetrium fortiter & feliciter gerit.
Secundum fœdus Romanorum cum Iudæis.
Viriatus à Lælio Prætore vincitur.
3861 Ionathas à Tryphone per dolum Ptolemaïde comprehenditur, & non multò post cum filiis interficitur. Succedit Simon frater in principatum & pontificatum. 139
Fædus Romanorum & Spartiatarum cum Iudæis.
Antiochus Deus à Tryphone occiditur. Succedit Tryphon.
Simon à Tryphone deficiens, ad Demetrium Nicanorem mittit, petitque tributorum remissionem; quibus facilè obtentis, jugum gentium ab Israëlitarum cervice sublatum est.
3862 Arx Ierosolymitana à præsidiariis Simoni deditur. 138
Jerusalem à Gentium tyrannide liberatur.

Ioannes Hircanus à patre Simone dux exercitûs constituitur.

Antiochus Gryphus, postea Rex Syriæ, nascitur.

3863 Demetrius Nicanor Parthis bellum infert. Ab hostibus capitur, & per varias civitates circumducitur. 137

Simon Macchabæus in pontificatu & principatu confirmatur.

Viriatus à Q. Fabio vincitur; demùm dolo occiditur.

Numantini à Romanis deficiunt.

3864 Antiochus Sidetes, Cloepatræ fratris Demetri conjugis suasu, ad regnum Syriæ accedit, regium nomen assumit, Simoni Macchabæo jus cudendæ monetæ concedit. 136

3865 Antiochus Sidetes in regnum Syriæ admittitur. Tryphonem in Urbe Dora conclusum obsidet. Iudæis bellum infert. 135

Fœdus à Iudæis cum Romanis renovatur.

3866 Cendebæus Syrus à Ioanne & Macchabæis prælio vincitur. 134

Tryphon ab Antiocho Deo interficitur.

Attalus Philadelphus Pergami Rex moritur. Succedit Attalus Philometor nepos.

Popilius Lænas à Numantinis cæditur.

3867 Mancinius fœdam pacem cum Numantinis victus facere cogitur. 133

3868 P. Scipio Æmilianus, Spurius Mummius, & L. Metellus à Senatu in Ægyptum, Syriam, Asiam, Græciam perlustrandas mittuntur, ad inspicienda sociorum regna, resque eorum componendas. 132

3869 Mithridates Magnus filius Mithridatis Evergetæ, Regis Ponti, nascitur. 131

Simon Macchabæus à Ptolemæo genero in castro Doch cum filiis dolo occiditur. Succedit Ioannes Hircanus in pontificatum & principatum.

Antiochus Sidetes Ierosolymam obsidet.

3870 Ioannes Hircanus Ierosolymam Antiocho dedit, solvitur obsidio. 130

Servile bellum in Sicilia oritur.

3871 Attalus, ultimus Pergami Rex, moritur. Hæredem Popolum Romanum constituit. 129

Numantia à Scipione capitur & diruitur.

3872 Aristonicus Eumenis Regis Pergameni filius, Asiæ 128

regnum invadit, regium nomen usurpat.
Jesus filius Sirach librum Ecclesiasticum ex Hebræo in Græcum transfert.
Bellum servile in Sicilia à P. Rupilio conficitur.
3873 P. Crassus Consul & Pontifex maximus, in bellum contra Aristonicum proficiscitur. 127
Antiochus Sidetes bellum contra Persas movet. Joannes Hircanus Judæorum Ethnarcha, belli socius fuit.
3874 P. Crassus Pro-consul ab Aristonico victus & captus, paulò post moritur. 126
M. Perpenna Consul Aristonicum prælio vincit, obsessumque Stratonicæ, capit & in vinculis detinet.
Antiochus Sidetes à Phraate victus occiditur. Demetrius frater in regnum restituitur.
Joannes Hircanus post Antiochi cædem, à Syris omninò deficit.
Ptolemæus Physcon cum filio & uxore clam in Cyprum fugere à suis cogitur.
3875 Joannes Hircanus templum Garizim capit & diruit; Idumæos vincit, & ad circumcisionem accipiendam adigit. 125
Phraates Rex Partharum occiditur. Succedit Artabanus patruus; quo brevi interfecto, succedit filius Mithridates Magnus.
3876 Ptolemæus Physcon, immisso exercitu, Alexandrinos cædit, Marsyam eorum Ducem capit. 124
Cleopatra Physconis soror, auxilium à Demetrio Rege Syriæ poscit; qui Ægypto bellum infert, Pelusiumque oppugnat.
3877 Alexander Jannæus, filius Joannis Hircani nascitur. 123
Fœdus Romanorum cum Judæis renovatur.
Syriæ urbes præcipuæ à Demetrio deficiunt Ipse ex Ægypto in Syriam redire cogitur. Cleopatra Regina, dimissâ Ægypto, ad Demetrium fugit.
3878 Alexander Zebinas regnum Syriæ possessurus cum copiis ingreditur. 122
Demetrius Nicanor vincitur & occiditur.
Zebinas cum Hircano summo Pontifice societatem init.
3879 Ingens pestis Cyrene ob locustas in mare dejectas, & in littore corruptas. 121
Bellum Romanorum in Gallos transalpinos.

Anni Mundi.		*Anni ante Christum.*
3880	Seleucus Demetrii Nicanoris filius, fumpto diademate anno uno ragnat in Syria.	120
3881	Mithridates Evergetes Ponti & majoris Armeniæ Rex dolo necatur. Succedit Mithridates Eupator filius.	119
	In Syria Cleopatra Regina Seleucum filium fagittâ confixum interimit. Succedit Antiochus Grypus.	
3882	Alexander Zebinas à fuis defertus & proditus, interficitur à Grypo.	118
3883	Bellum Romanum cum Infulis Balearibus.	117
3888	Gallia Narbonenfis in Provinciæ formam redigitur.	112
3890	Ptolemæus Phyfcon moritur. Succedit Ptolemæus Lathurus filius.	110
3891	Antiochus Cyzicenus, posteà Rex Syriæ, Grypo fratri bellum infert.	109
	Antiochus Cyzicenus à Grypo victus, Antiochiæ obfidetur.	
	Cimbri & Teutones tranfcenfis Alpibus à Carbone confule delentur.	
	Alexander Cleopatræ Ægypti Reginæ filius, Cypri Rex conftituitur.	
3892	Grypus Rex Syriæ, à Cyziceno fratre regno exutus Afpendum feceffit.	108
3893	Grypus Afpendo in Syriam redit, cum Cyziceno regnum dividens, Syriam obtinet, Cyzicenus verò Cœle-Syriam.	107
	Belli Jugurthini initium.	
3894	Joannes Hircanus Samariam obfidet.	106
	Jugurtha Romam venit; hinc in Africam redit.	
3895	Cyzicenus ad ferendum Samaritis auxilium veniens, ab Ariftobulo Hircani filio vincitur.	105
	Cimbri, Teutones, & Tigurini in Italiam ingreffi, Silanum Confulem cædunt vincuntque.	
	Samaria ab Hircano capitur & folo æquatur.	
	Jugurtha à Metello Confule Numidiâ pellitur.	
3896	Sectæ Effenorum, Pharifæorum & Saducæorum apud Judęos hoc tempore ortum habent.	104
	Scaurus in Gallias ingreffus, à Cimbris vincitur.	
	Odii feu diffentionis Hircanum inrer & Pharifæos initium.	
3898	Joannes Hircanus moritur poft annos 29. principatûs. Succedit Judas feu Ariftobulus, cognomine Philelnen.	102
	Caffius Conful à Tigurinis vincitur, & occiditur.	

Anni Mundi.		*Anni ante Christum.*
	Bocchus Rex Mauritaniæ, à Caïo Mario vincitur.	
3899	Bocchus Iugurtham in manu Scyllæ Quæstoris Marii tradit.	101
	Antigonus Ariſtobuli Iudæorum Ethnarchæ frater, à bello rediens, jubente fratre inſons occiditur. Paulò poſt Ariſtobulus moritur. Succedit Alexander Iannæus frater.	
	Finis belli Iugurthini.	
	Conſules Cæpio & Manilius à Cimbris & Teutonibus vincuntur.	
	Secundum bellum ſervile in Sicilia.	
3900	Ptolemæus Lathurus Alexandrum Iannæum prælio ſuperat.	100
3901	Cleopatra Ægypti Regina, Helciam & Ananiam Iudæos adversùs Lathurum mittit, qui Ptolemaïdem capiunt.	99
3902	Alexander Iannæus in Cœleſyriam expeditionem ſuſcipit. Cadaram obſidet.	98
	L. Licinius Luculus Athenionem ſervorum defectorum ducem fundit, vincitque.	
	Bellum Piraticum à Cilibus excitatur.	
	Caïus Marius Conſul Cimbros cædit; belloque finem imponit.	
3903	Alexander Iannæus Amathunte, Raphia, Anthedone potitur.	97
	Athenion ſervorum defectorum Dux, iterùm ſuperatur.	
	Ptolemæus Lathurus à matre pulſus Alexandria, in Cyprum ſe recipit. Succedit in regnum Ægypti Alexander frater.	
	Finis belli ſervilis in Sicilia.	
3904	Lex Agraria à Saturnino Tribuno plebis ſancitur, ad partiendos agros Cimborum quos Marius devicerat.	96
	Metellus ab exilio revocatur.	
3906	Caius Marius ad Mithridatem navigat.	94
	Alexander Iannæus Gazam oppugnat.	
	Gaza Alexandro Iannæo traditur.	
3907	Antiochus Grypus occiditur. Succedit Seleucus filius.	93
3908	Ptolemæus Cyrenarum Rex moriens, hæredem populum Romanum relinquit.	92
	Tigranes filius Tigranis, in paternum Armeniæ regnum à Parthis reſtituitur.	
3909		91
3910	Seleucus Antiochi Grypi filius, Antiocho Cyziceno patruo bellum infert. Cyzicenus vinci-	90

tur, & neci traditur. Seleucus solus regno potitur.

3911 Antiochus Eusebes, seu Pius, Antiochi Cyziceni filius, imposito sibi diademate, Seleuco bellum infert, eumque uno prælio victum, è tota Syria expellit; paulò post Seleucus Mopsuestæ vivus concrematur. Hujus fratres fuere Antiochus & Philippus. Quorum Antiochus ab Antiocho Pio pulsus, in Oronte submergitur; Philippus verò cum Seleuco de Syriæ regno decertat. 89

3912 Demetrius Eucærus Antiochi Grypi filius, à Ptolemæo Lathuro, Damasci Rex constituitur, cui resistens Antiochus Pius, vincitur, & ad Parthos fugere compellitur. 88

3913 Mithridates Rex Ponti Cappadociam occupat, eique regno filium Ariarathem præponit. Senatus Romanus Mithridati Cappadociam, Nicodemi Paphlagoniam adimit. 87

Galadenorum Regina cum Parthis bellum gerit.

Antiochus Pius cum Philippo Grypi filio, ac duobus ejus filiis Demetrio Eucæro, & Antiocho Dionysio, bellum gerit.

Italiæ populi rebellant & inter se fœderantur.

3914 Bellum inter Romanos & Italiæ populos. 86

Ariobarzanes, pulso Regulo Ariarathe, Cappadociæ Rex à Sylla declaratur.

3915 Ariobarzanes è Cappadocia pellitur; Ariarathes iterum in regnum reducitur. 85

Nicomedes Philopator Rex Bithyniæ moritur. Succedit Nicomedes filius; quem alter Nicomedes è regno pellit, atque regnum ipse occupat.

Ariobarzanes iterùm Cappadociæ regno pulsus, locum dat Ariarathi æmulo.

Bellum inter Mithridatem Armeniæ Regem & Romanos.

3916 Sylla Samnites vincit. 84

Mithridates Asiam subigit.

Cleopatra Ægypti Regina, necem Alexandro filio machinas, occupata ab ipso interficitur. Alexander ab Ægyptiis regno repellitur. Ptolomæus Lathurus revocatur, & in regnum restituitur, ad annos sex cum dimidio.

Bellum sociale, seu Marsicum, seu Italicum sopitur.

Anni Mundi.		*Anni ante Christum.*
3917	Lucius Sylla ad bellum Mithridaticum mittitur.	83
3918	Athenæ à Sylla capiuntur.	82
	Cinna Conſul L. Flaccum Flaccum Collegam cum duabus legionibus in Aſiam mittit.	
	Lucullus Syllæ Legatus, è Rhodo in Ægyptum venit.	
3919	L. Flaccus Conſul à Fimbria occiditur.	81
	Fimbria Romano exercitui imperat.	
	Mithridatis copiæ ad Orchomenum cæduntur à Sylla.	
	Antiochus Dionyſius Rex Syriæ, irrumpit in Judæam. Arabas vincit, demum ipſe vincitur & occiditur.	
	Aretas Rex Arabum, Alexandrum Jannæum Regem Judæorum vincit; tum ſub certis conditionibus recedit.	
3920	Lucullus cum Mithridate congreditur ad Dardanum Troadis; pacis conditiones à Mithridate accipiuntur.	80
	Alexander Iannæus Geraſum expugnat.	
	Sylla Romam è Mithridatico bello revertitur.	
3921	Ptolemæus Lathurus Thebæis Ægyptiis rebellantibus bellum infert.	79
	L. Murena bellum adversùs Mithridatem renovat.	
	Syri à Regibus propriis deficientes, ad Tigranem Armeniæ Regem regnum deferunt.	
	Ita Syriæ regnum extinctum eſt.	
	Antiochus Pius interim in Ciliciæ angulo latebat.	
	Alexander Jannæus Gaulonam & Seleuciam expugnat.	
	Murena Mithridatis regnum invadit.	
3922	L. Sylla Dictator creatur. De Mithridate triumphat. Tantùm non regnat Romæ.	78
3923	Alexander Jannæus tertio expeditionum anno Jeroſolymam redit.	77
	Sylla Dictator Murenæ denuntiat arma adversùs Mithridatem ne moveat.	
	Finis ſecundi belli Mithridatici.	
	Ptolemæus Lathurus moritur. Succedit filia Cleopatra, quæ regnat menſibus ſex.	
3924	Sylla Dictator Alexandrum Ptolemæi filium Alexandrinis Regem mittit, qui regnat annos 5.	76
3925	Sertorius Hiſpanias ad defectionem inducit. Metellus & Pompeius adversùs eum mittuntur.	75
	Sylla Dictaturam abdicat.	
3926	Alexander Iannæus moritur. Alexandra conjux	74

Hircanum filium majorem, Pontificem declarat. Aristobulum minorem privatum manere vult.

Sylla moritur.

3927 Tigranes Armeniæ regni diadema assumit ; Tigranocertam condit. 73

Publius Servilius Pro-consul Isauros domat, ipsam urbem Isauram demolitur.

3928 Mithridates cum Sertorio societatem belli contra Romanos facit. 72

Libri Sybillini Erythris Romam advehuntur.

3929 Nicomedes Bithyniæ Rex sine liberis defunctus, Populum Romanum hæredem instituit. 71

Cyrene in Provinciæ formam redigitur.

Mithridates bellum adversùs Romanos parat.

Sertorius Pompeium & Metellum pellit.

Servilius Piratas vincit, fugatque.

3930 Bellum tertium Mithridaticum, quod annis 11. cum dimidio gestum est. 70

Mithridates Bithyniam & Asiam minorem invadit.

Servilius in Cilicia & Phamphilia bellum feliciter gerit.

Lucullus Consul in Asiam trajicit. In Mitridatem bellum prosperè agit.

Mithridates Cottam Consulem ad Calcedonem navali prælio vincit.

3931 Spartacus & servi in Italia bellum gerunt. 69

Lucullus Ponticos insigni victoriâ cædit.

Mithridates Cyzicum obsidet. A Lucullo navali pugnâ vincitur.

3932 Mithridates obsidionem Cyzicenam solvit, & fugit Lampsacum, dein Nicomediam ; denique in Bithyniam. 68

Spartacus Alpes superare tentans, à Pro-consule Cassio repellitur.

3933 Servili bello in Italia à Prætore Crasso & Pompeio finis imponitur. 67

Mitridates à Lucullo pulsus victusque, ad Tigranem Armeniæ Regem generum se recipit.

Creticum Bellum à Romanis hoc anno inceptum.

3934 Lucullus Chaldæos & Tibarenos subigit ; Armeniâ minore potitur. 66

Tigranes, ut Syriam in officio contineat, ad eum cum exercitu venit, Ptolemaidem obsidet ; Cleopatram Selenam cognomine, in Mesopotamiæ castello expugnat, & interficit.

Appius Claudius Mithridatem ad triumphum à Tigrane deposcit; ni faciat, bellum minatur. Tigranes negat, bellum denuntiatur.

3935 Lucullus Tigranem vincit, Tigranocertam capit. 65

Aristobulus Asmoneus Alexandri filius, castella & loca munita Iudææ, ægrotante matre invadit.

Alexandra Iannæi uxor moritur. Hircanus natu major filius regnat; sed Aristobulus frater viribus superior obsistit.

Cretense bellum à Metello geritur. Cretenses vincuntur. Tota insula Romanis paret.

3936 Lucullus in Parthos bellum movere volens, à militibus retrahitur. Iterum atque iterum Tigranem vincit. 64

Piratæ maria infestant.

3937 Lucullus Nisibim capit. Mithridates Fabium in Armenia vincit. 63

Pompeius ad bellum Piraticum mittitur. Piratas coercet & dissipat.

Triarius à Mithridate vincitur.

Seditio militum Luculliani exercitûs.

3938 Sinatruci defuncto succedit Phraates filius, Parthorum rex. 62

Hircanus Pontifex Iudæorum, ab Aristobulo principatu exuitur.

Pompeius cum Rege Parthorum Phraate amicitiam renovat. Mithridatem vincit. Bellum conficit.

Lucullus Romam revertitur.

Metellus Cretam in Provinciam redigit.

Tigranes se regnumque suum Pompeii ditioni dedit. Regnum Armeniæ Tigrani Pompeius restituit; Regnum Cappadociæ Ariobarzani.

3939 Hircanus Asmonæus ad Aretam Arabię regem confugit. Aretas Hircanum principatui restituere volens, Aristobulum prçlio vincit. Aristobolus in templo Ierosolymitano obsidetur. 61

Alexander II. Ægypti rex, Alexandri I. filius, ab Ægyptiis regno pellitur. Succedit Ptolemæus Nothus.

Pompeius Mithridatem in Bosphorum fugientem frustrà insequitur. Res Asiæ componit; in Syriam & Phœniciam venit.

3940 Pompeius Hircanum & Aristobulum fratres ad se venire jussos pacificè vivere jubet, tum Aristobulum custodię tradit. Ierosolimā capit; Hircanum 60

in pontificatu & principatu confirmat.
Mithridates sibi necem infert.
Conjuratio Catilinæ.
3941 Pompeius Aristobulum victum Romam ducit cum duobus filiis, totidemque filiabus. Alexander alter filiorum ex itinere refugit. 59
Octavius, postea Cæsar Augustus Imperator, nascitur.
Lucullus Romæ triumphat.
Catilina vincitur à Petreio, & occiditur.
3942 Pompeius, rebus ubique prosperè gestis, in Italiam redit. 58
Scaurus Aretæ Regi Arabiæ bellum infert. Pax inter utrumque brevi conciliatur.
3943 Pompeius triumphat. 57
Q. Cicero in Asia præturam gerit.
3944 Triumviratus Romæ inter C. Iulium Cæsarem, Marcum Crassum, & Cneium Pompeium. 56
3945 Iulius Cæsar Consul, omnia Pompeii acta confirmat. 55
Ptolemæus Auletes magnâ pecunię summâ obtinet ut in regno confirmetur.
3946 Ptolemæus Cypri Rex, Ptolemæi Aulete Regis Alexandrini frater, regno exuitur. 54
Ptolemæus Auletes à suis pulsus, Romam venit, ut à Pompeio & Cæsare in regnum restituatur. Berenice ejus soror regno præficitur.
Cæsar Helvetios & Germanos vincit.
3947 Cæsar Belgas & Nervios cædit; Galliam Belgicam & Britanniam occupat. 53
Alexander Aristobuli filius, Iudæam incursionibus vexat; castrum Alexandrion ædificat & munit. Gabinius Alexandro bellum infert.
Fit Senatûs consultum de reducendo in regnum Ptolemæo Aulete.
3948 Ptolemæus Auletes de reditu in regnum desperans, Ephesum venit. 52
Aristobulus Asmonæus, cum filio Antigono Roma elapsus, in Iudęam venit; bellum renovat; à Gabinio capitur, cum Antigono filio.
